BIBLIOTECA NAZ.
XXIV*
A
17
NAPOLI

EXCERPTA VARIA

Græcorum Sophiſtarum, ac Rhetorum

HERACLITI,
LIBANII ANTIOCHENI,
NICEPHORI BASILACAE,
SEVERI ALEXANDRINI,
ADRIANI TYRII,
IS. PORPHYROGENNETAE,
THEODORI CYNOPOLITAE,
& aliorum.

Ex primo Tomo nondum edito
VARIORVM ANTIQVORVM

LEONIS ALLATII.

Nunc primùm ab eodem ALLATIO vulgata,
& Latinè reddita.



ROMÆ, Excudebat Maſcardus, MDCXLI.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMIS, ET EXCELLENTISSIMIS

PRINCIPIBVS

CAROLO, MAPHAEO, ET NICOLAO

FRATRIBVS BARBERINIS

Leo Allatius F.

PRÆCLARA quadam conditione Homo procreatus eſt à ſupremo Deo, ex corpore, & animo veluti geminis partibus, ijſque potiſſimis, compactus, illo vt terrena exerceat, hoc vt cœleſtia meditetur. Verùm cùm rerum principia imbecilla nimiùm ſint, nec quidpiam ſimul natum ſit, ac perfectum, neceſſe eſt, vt tum doctoris intelligentis induſtria, tum exercitatione ipſa, vitioſa tollantur, corrigantur non optima, bona

meliora fiant, & mediocria, vt par eſt, præcelſum neſcio quid induant, ac ſingulare. Tenellum ergo corpus nutricibus, ac matribus traditur, quæ, ſi quid eſt in eo, quod ad exactam normam fabrefactum non ſit, manibus directum perficiunt, &, quod minùs placet, ad ſui ipſæ arbitrium accommodant, & figurant. Animum ad longè maxima natum, non minoribus ſubſidijs indigentem, primæua imbecillitate valetudinis ægrum, earundem nutricum, ac matrum non manibus, ſed Fabularum narrationibus informandum eſſe cenſuere Sapientum non poſtremi; vt apta ſui conſtructione, quod poſtmodum immutari difficile eſſet, tum ſubitò euellatur: τοὺς δ' ἐγκριθέντας πείσομεν τὰς τροφούς τε, καὶ μητέρας, tradebat Plato lib. 2. de Repub. λέγειν τοῖς παισὶ, καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον, ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσί. *Quas verò Fabulas è cæterorum numero exemimus, hortabimur, vt & nutrices, & matres pueris commemorent; vt illis*

lis Fabulis diligentiùs informentur, atque inſtituantur eorum animi, quàm corpora manibus curentur. Vt enim Sileni illi Veterum apud Statuariorum officinas; ornamentis omnibus externis ſpoliati negligebantur; diuiſi, adapertique pulcherrimas rerum facies, Deorumque Imagines intuentibus repræſentabant; ita & Fabulæ inuolucris horrent, ac deformantur; vbi in adyta ſenſuum penetraueris, quæ in illis concinnitas? quæ ſententiarum amœnitas? quis decor? Per earum ſcilicet opportuna, ac virtutis laude ſuffulta documenta in perditis animis religio, in ſceleſtis fides, & pietas, in procacibus caſtimonia, in effrænibus temperantia; in meticuloſis audacia, in flagitijs, ac furore æſtuantibus probitatis omne genus innaſci conſueuit. Et quamquam illarum nonnullę execranda improbitatis facinora complectuntur, non inde tamem fit, vt animus quoque ex ijs commoda non conquirat: cùm εὐθὺς ἡ ψυχὴ. τοὺς μὲν λόγους ἡγήσηται

προκαλύμματα, aiebat Salluſtius Philoſophus, τὸ δὲ ἀληθὲς ἀπόῤῥητον εἶναι νομίσῃ; *ex ea, quæ apparet, abſurditate ſtatim animus ſermonis inuolucra eſſe exiſtimans, veritatem in ijs ſilentio inuoluendam intelligat.* Turpitudinis nanque ſpecie obiecta, ex veritatis præſcripto, ſibi in poſterum cautiùs cauendum, & longè malo proſpiciendum exiſtimat; arcetque à ſemetipſo, quod in alijs factum vituperat, neque eo patitur contaminari, quod caſtigatione, aut obiurgatione dignum intuetur. Sic Lacedæmonij, vt compotationis modum adoleſcentium animis ingererent, Seruos benè appotos, vinoque obrutos palam non parciùs obiectabant: æquè enim intuentes rei pulchritudo in ſui amorem decore illectos pertrahit, ac deformitas fæditate perterritos in ſui odium compellit. Cùm Vos itaque lectiſſimi Principes, Romanæ Iuuentutis Capita, in eam iam ætatem adoleueritis, qua & virtutibus inſtrui, & ornari diſciplinis animum intenditis,

ope-

operæpretium mihi viſum eſt, aliquod è Sapientum Virorum monumentis, ab inſtituto, de quo dixi, non alienum, offerre; vt in eo veram, ac ſolidam virtutem Maiorum veſtrorum, quam Vos ipſi nunc in animis verſatis, etſi non omnibus ſuis partibus, (quis enim vnquam niſi ex veſtra Familia ad tantum Virtutis culmen euectus legitur?) repræſentatam contemplari, atque æmulari; vnàque ſimul Antiquorum arcana, ſecretaque naturæ poſſidere, & eiuſcemodi vſu exemplorum indole laudatiſſima, quæ maiora iam ambit, conſectaturque, ad meliora gradum facere poſſitis. Hoc Volumine Auctores aliquot concluduntur, qui vel veteres Fabulas pertractant, vel earum interpretationes ediſſerunt, vel primæ in dicendo inſtitutionis exempla proponunt, vel contentioſę orationis acrimonia ſtylum exacuunt. Modica iſta ſunt: at verò habent in antiquitate, quam profitentur, quemadmodum in ętatibus ſenectus, au-

ctoritatem; habent ex loquendi genere decorem; habent ex ſententiarum pondere grauitatem; habent ex famulatu, Vobis enim inſeruiunt, dignitatem; habent ex æquanimitate, & patrocinio veſtro, quo ſepiuntur, firmitudinem; habent denique ex nominibus, quæ præferunt, claritatem. Magna ea ſunt, egregia ſunt, ſingularia ſunt, quia ex veſtris, & veſtra ſunt. Deus Vobis det, quæcunque optatis, feliciterque eueniant, quæ Vobis Parentum vota, ac ſuffragia cupiunt. Romæ XVIII. Kal. Septembris CIↃ. IↃC. XLI.

AV-

AVCTOR

LECTORI SVO.

MISERAM iamdudum ad Typographos Pariſienſes, *primum Antiquorum Variorum Volumen.* conditio ea temporis fuit, rerumque humanarum euentus, nouis ſemper, nec mediocribus infortunijs aucti, vt nunc quoque inter Typographorum manus lucem expectans cum tenebris colluctetur. At enim, cùm iam adoleſcentes Principes Barberini, ad id ętatis peruenerint, qua, vti in rebus alijs, ita ſibi ad politiores literas tum Græcas, tum Latinas, non vulgari, ſed, pro naturæ indole, ſingulari quodam modo ferantur, par fuit, vt quemadmodũ Principibus ipſis anno elapſo, ex FRANCISCI BARBERINI *Documentis*, quibus iam olim ille ſub *Amoris* nomine Etruſca lingua, virtutum omnium originem, & progreſſionem ſuauiſſimè proſecutus fuerat, ad Virtutis metam cum perfecta proſperitate coniunctam, Vir in eadem lingua pertractanda haud inexercitatus Federicus Vbaldinus ſtimulos currentibus addidit; ita & ipſe tot tantæ Familiæ beneficijs obnoxius, ex veterum Auctorum Schola, in rebus non diſſimilibus,

ſi id

ſi id tantum vnquam fuerit, gratum ijsdem animum, memoremq; teſtarer. Excerpſi itaque ex prædicto meo Volumine non meliora, ſed opportuniora, &, multis de nouo additis, in vnũ conferens, munifica Eminentiſſimi Francisci Barberini liberalitate typis euulgo: vt vnà ſimul reliqui omnes, qui ſeſe ad frugem bonam recipere ſtudent, innumerabilibus, ampliſſimiſque dicti Principis beneficijs, id quoque non minimum debeant, quòd non detrita pedibus vulgi via, ſed alia, reliquis non minùs celebri, apertaque ad ſapientiam promouentur.

Primus inter eos Heraclitus eſt, Scriptor antiquæ notæ. Sed inter tot eiuſdem nominis Scriptores, quiſnam ille fuerit, expiſcari alius fortunatiùs poterit. Nonnemo hunc eundem, ac Heraclitum illum eſſe exiſtimabit, cuius elegantiſſimus, atque optimus, *De Homericis Allegorijs*, Liber legitur, quem alij ſub *Heraclidis Pontici* nomine, ſed falsò, euulgarunt. Ego ad Pythiam prouoco. Heraclitum, quemadmodum, & qui ſequitur, Anonymum, & Libanij Narrationes, Bibliotheca Vaticana ſuppeditauit.

De Libanio actum agerem, ſi hìc plura referrem. Vide, ſi placet, Baſilij Epiſtolas, Eunapium, Photium, Suidam, & quæ de eodem Federicus Morellus primo editionis Libania-

næ Tomo digeſſit. Libanij prȩter pauca, quæ apud me ſunt, reliqua omnia Codici Bibliothecæ Barberinæ debemus: is eſt in charta bombycina optimæ notæ, & correctiſſimè ſcriptus, ex quo ferè omnia Libanij edita & meliora, & auctiora, nec ita lacunis, & aſteriſcis deformata edi poterunt. Codex iſte, præter iam edita, hæc inedita adhuc, nec ita omnibus obuia, quæ eſſet operæpretium aliquando edi, exhibet.

1. Πρὸς Ἀντιοχεῖς ὑπὲρ τῆς τοῦ Βασιλέως ὀργῆς. Principium. Ἃ μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως ὦ Ἀντιοχεῖς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα.

2. Περὶ τῶν Φαρμάκων. P. Ἡ μὲν μεγίστη μοι λύπη.

3. Ὑπὲρ ἑαυτοῦ διὰ τὴν πρὸς Ἀντίοχον συνηγορίαν. P. Οἱ μὲν βέλτιστοι τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ.

4. Πρὸς Αὐξέντιον. P. Ὁρῶν σε πρὸς τὰ τοῦ πατρὸς, ὦ φίλτατε.

5. Πρὸς τὴν Βουλήν. P. Ὅσοις μὲν πρὸς ὅσους ἐχρησάμην ὑπὲρ ὑμῶν.

6. Ὑπὲρ Ὀλυμπίου. P. Οὐκ ἂν ἔτι δυναίμην ἐνεγκεῖν τοὺς οὐ δυναμένους.

7. Ὑπὲρ τῆς τιμωρίας Ἰουλιανοῦ. P. Οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο τοῖς πράγμασιν, ὦ Βασιλεῦ.

8. Κατὰ Σιλβανοῦ. P. Οὐδὲν θαυμαστὸν Σιλβανὸν τὸν Γαυδεντίου κακῶς με λέγειν.

9. Κατὰ Ἰκαρίου δεύτερος. P. Πάλαι μὲν ἴσως ἔδει καὶ ἐμὲ κατηγορεῖν.

Περὶ

10. Περὶ τοῦ μὴ ληρεῖν. P. Πολλάκις ἐν τῷ τῷδε δικαστηρίῳ λῆρος ὑπ' αὐτοῦ κεκλημένος.

11. Πρὸς τὸν Βασιλέα. P. Τὸ μὲν σὸν, ὦ Βασιλεῦ, μέρος, καὶ τοῦ μὲν σε τοῖς ἄλλοις.

12. Ὑπὲρ Θαλασσίου. P. Ὑβρισθέντι φίλῳ, καὶ κωλυθέντι τυχεῖν, ὧν εἰκότως ἂν.

13. Πρὸς Εὐστάθιον τὸν Κᾶρα. P. Ὑπισχόμενον ἐπαινέσασθαι τὰ χθὲς τὰ λεγόμενα.

14. Πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας. P. ὡς δὲ βαρὺς, ὡς δὲ ἐπαχθὴς εἴρηταί τισι περὶ ἡμῶν, ὁ δ' ἀπαγγέλλων Ἀνδρόμαχος.

15. Μελέτη. Κωλύουσι Σωκράτην ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλέγεσθαι, καὶ ἀντιλέγει τις. P. Χαλεπὸν μὲν εἰπεῖν τι καὶ τῶν πάνυ δικαίων.

16. Μελέτη. Φιλάργυρος ἐρασθεὶς ἑταίρας, καὶ μισθὸν ἀπαιτούμενος ἑαυτὸν προσαγγέλλει. P. Εἰ μὴ καὶ ὑμεῖς ἀργύριον, ὦ Βουλὴ, τοῦ κοινοῦ μὲν εἰσπράξεσθε, ἥδιστ' ἂν μηδὲν διδούς.

17. Μελέτη. Ἐγράψατό τις τὸν ἑαυτοῦ παῖδα βουλεύσεως, ὁ παῖς ἄκριτος ἀποθανεῖν ἀξιοῖ κατὰ τὸν περὶ τῶν ἀκρίτων νόμον. P. Τὸ μὲν οὖν, ὦ πολῖται, μὴ πρὶν εἶναι μοι καιρὸν.

Et hæc quidem ſunt in Barberina, quemadmodum & illa in Vaticana, quæ mihi peracris Vir ingenij, & conteſtatæ virtutis, ac humanitatis, Annibal Albanus eiuſdem Bibliothecæ Cuſtos commonſtrauit.

18. Μελέτη. Μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ Φίλιππος ἐζήτησε τὸν Δημοσθένην. Ὁ δῆμος ᾔτησε πέν-

πέντε ἡμέρας εἰς διάσκεψιν. ἐν ταύταις ὁ Δημοσθένης ἀποθανεῖν ἀξιοῖ. P. Οὐ μὲν ἐβουλόμην, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τρόπον ἀποθανεῖν.

19. Μελέτη. Νόμος ἦν, μετὰ τοῦ τυράννου, καὶ τοὺς παῖδας ἀποσφάττεσθαι. ἕτερος νόμος, τὸν τυραννοκτόνον ὅ,τι βούλοιτο αἰτεῖν. γυνή τις τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα τυραννοῦντα ἀποσφάξασα εἰς δωρεὰν αἰτεῖ τοὺς παῖδας. Μελετῶμεν τὸ ὑπὲρ τὸ τυραννοκτόνου λέγοντα. μετὰ τὸ προθεωρίας. P. Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, τὴν οὕτω διὰ τοὺς νόμους προδεδωκυῖαν.

20. Περὶ Θρασυδαίου. P. Καλῶς ἐποίησας, ὦ Νικόκλεις, ἀπιστήσας ταῖς κατ' ἐμοῦ.

22. Πρὸς Πολυκλέα. P. Ὅτι μὲν εἰ καί τι δεῖ τὸ τὴν συνήθειαν ἀνηρὸν.

23. Πρὸς Εὔμολπιον. P. Εἶναι μέν σοι φίλος, καὶ πολὺν ἤδη χρόνον Εὔμολπις.

24. Πρὸς Τιμοκράτην. P. Ἀφῖξαι μὲν ἡμῖν ἀπὸ τοῦ θεάτρου Τιμόκρατες.

26. Κατὰ τῶν πεφευγότων. P. Τὰ μὲν ἀγγελλόμενα πάντες ἀκούομεν.

27. Κατὰ Σωτῆρος. P. Πάρεισι μὲν οἱ δικάσοντες ἡμῖν, καὶ ὑπήκουσαν.

28. Περὶ τοῦ Πλήθρου. P. Ἐπειδὴ πολλοὺς ἔγωγε χάριν εἰδότας Πρόκλῳ τῷ προσθήκης.

29. Ἀντιόχῳ παραμυθητικός. P. Ἡγοῦμαι προσήκειν ἐν τοῖς πενθοῦσι μόνον.

In Nicephoro Baſilace, Auctore non ita cognito paululùm nobis immorandum eſt. Fuit is ſub Alexio Comneno, Byzantij Rheto-

torices profeſſor, in qua ſanè multùm ipſe profecerat,& celebre tum voce,tum monumentis editis, illiſque elegantiſſimis, ſibi nomen comparauerat. Cùm verò ſe ſperni à Baſilio Diacono non æquo animo ferret, ſimul vnà cum Michaële, cui tunc Euangelij exponendi munus incumbebat, ſocietatem iniens, fraudes in Baſilium concepit, vnde ſibi, alijſque quamplurimis ingentium infortuniorum fomes, & cauſa fuit. Nanque cùm aliquando inter concionandum Baſilius dixiſſet, *Vnum Dei Filium & ſacrificium factum fuiſſe, & vnà cum Patre ſacrificium ſuſcepiſſe*, illi dictum arripientes, quaſi Chriſti Verbi duas Hypoſtaſes, ſiue perſonas introduceret, Baſilium, vt hæreticum condemnarunt. Ipſis quoque non verbo tantùm, ſed ſcripto etiam Soterichus Panteugenus, reliquos omnes ſermonis vi, & eloquentia tunc temporis ſuperans, adhæſit, necnon Euſtathius Dyrrhachij Epiſcopus: qui omnes tandem cum eodem Baſilacio Eccleſijs pulſi ſunt,& omnibus ſacris miniſterijs interdicti. Rem ita proſequitur Nicetas Choniates De rebus geſtis Emmanuelis Imperatoris lib.7. Ζητήσεως οὖν γενομένης περὶ τοῦ γραφικοῦ ῥητοῦ, ὅφησι τὸν σεσαρκωμένον Θεὸν προσφέροντέ ὁμοῦ, καὶ προσδέχεσθαι. καὶ τῶν τότε λογίων ἀνδρῶν εἰς ἐναντίας μοίρας ἀποκλιθέντων, ἐφ' ἱκανὸν τὰ

τῆς

τῆς ἐξετάσεως παρεστάθησαν, ῥήσεις τε, καὶ ἀντιῤῥήσεις ἐξ ἑκατέρων ἐχύθησαν τῶν μερῶν. ὀρθοτομηθέντος δὲ τοῦ ζητουμένου, καὶ τῇ δόξῃ προστεθέντος τοῦ Βασιλέως τῇ θεοφιλεῖ τε, καὶ κρείττονι, καθαίρεσιν ὑπέστησαν ὡς ἀντίφρονες, ὁ ὑποψήφιος τῆς Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Σωτήριχος ὁ Παντεύγενος, ὁ Δυῤῥαχίου Εὐστάθιος, ὁ τῆς Θεσσαλονίκης Μιχαὴλ τὸν ῥητορικὸν θρόνον κοσμῶν, καὶ τὸν Εὐαγγελικὸν ἀναβαίνων ἀκρίβαντα, ὁ Βασιλάκης Νικηφόρος τὰς τοῦ Παύλου ἀναπτύσσων ἐπ᾽ Ἐκκλησίας ἐπιστολὰς, καὶ διαλάμπων τῷ τῆς καλλιῤῥημοσύνης φωτὶ, ὅσαι τῶν ἀποστολικῶν ῥήσεων τῇ ἀσαφείᾳ ὑπομελαίνονται, καὶ τῷ βάθει τοῦ πνεύματος ἐπιπρεάζουσι. Λέγεται δὲ ὡς τοῦ δόγματος τούτου ὑποκινουμένου, καὶ εἰς κοινὴν ἐπικρινομένου προστεθῆναι βάσανον, ἐξαίφνης ἐκραγῆναι βροντὴν ἐξαισίαν, ὑφ᾽ ἧς καὶ περικτυπηθῆναι τὰς ἀκοὰς τὸ συνὸν ἅπαν τῷ Βασιλεῖ κατὰ Πελαγονίαν διατρίβοντι τότε, ὡς ἀπὸ τοῦ κτύπου πολλοὺς εἰς γῆν καταπίπτειν καί τινα τῶν λόγου ξοδίμων Ἠλίαν τοὔνομα, τὴν τύχην ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, τοῦ στρατοῦ φύλακα, βίβλον ἀναπτύξαντα περὶ Βροντῶν, καὶ Σεισμῶν διεξιοῦσαν, καὶ τὰ περὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, καθ᾽ ὃν ἐβρόντησεν, ἐπελθόντα, φάσκοντα εὑρεῖν οὑτωσὶ, ΠΤΩΣΙΣ ΣΟΦΩΝ. οὐ μόνον τοίνυν οἱ ῥηθέντες ἄνδρες τῶν τηνικαῦτα ὄντες σοφῶν οἱ κράτιστοι τῆς Ἐκκλησίας ἀπεσφενδονήθησαν, καὶ πάσης ἱερᾶς ὑπηρεσίας ἐξωστρακίσθησαν, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς καὶ ἕτεροι τῶν ἱερῶν καὶ

θείων

θείων περιβόλων ἀποσηκωθέντες ἠλάθησαν. Hæc ita vertit Hieronymus Vvolfius . *Orta igitur Quæſtione de illo dicto, quo dicitur, Incarnatum Deum ſimul & offerre, & offerri, & eruditis inter ſe diſſentientibus, diſceptatio longo tempore eſt exſtracta, multis & confirmationibus, & confutationibus vtrinque allatis. Verùm Imperatore piæ, & veræ ſententiæ poſt ſolertem controuerſiæ explicationem aſſenſo, aduerſarij loco moti ſunt, vt perperam ſentientes, Hypopſephius Theopolitanus, Soterichus Panteugenus Antiochenus, Dyrrachinus Euſtathius, Michaël Theſſalonicenſis concionator, Nicephorus Baſilaces, qui Paulinas Epiſtolas interpretabatur, & lumine eloquentiæ Apoſtolicorum ſcriptorum obſcuritatem altiſſimo ſpiritu refertam illuſtrabat. Ferunt, cùm hæc controuerſia agitaretur, & publicè diſceptanda proponeretur, alieno anni tempore ingens erupiſſe tonitru, & auribus eorum omnium, qui tum Pelagoniæ cum Imperatore erant, ita inſonuiſſe, vt nonnulli humi prolaberentur. Et Eliam quendam hominem eruditum, & celebrem aperto libro, qui* De Tonitribus, & Terrçmotibus *diſſereret, & ijs lectis, quæ ad tẽpus illud pertinerent, ſcriptum inueniſſe,* Caſus ſapientum : *Itaque non ij modò, quos diximus, Doctorum eruditiſſimi Eccleſijs pulſi, & omnibus ſacris miniſterijs interdicti ſunt, ſed alij quoque vnà cum illis*. Et Ioannes Cinnamus, Romanæ Hiſtor. lib. 4. rem nobis eloquentiùs ſub oculos ponit. Ἐν δὲ τούτῳ ἐν Βυζαν-

τίῳ τάδε συνέπεσεν. Ἦν τις Λευΐτης, οὓς Διακόνους καλοῦμεν, ὄνομα τούτῳ Βασίλειος. οὗτος ἀναπτύσσειν τοῖς πολλοῖς τὰς θείας ἐν τῇ ὁπουδήποτε τῆς ἐτάξεις περιιστάμενος φωνάς, ἄλλως τε τὴν κατὰ βραχὺ προσκεκρουκότων αὐτῷ ἐν ταύταις δὴ ταῖς ὁμιλίαις σχήματι, καὶ ἐπικρύψει κατηγορεῖν ἤθελε. καὶ δὴ καὶ Μιχαὴλ, καὶ Νικηφόρον ἐπίκλησιν Βασιλάκιον, ὧν ὁ μὲν Ῥητορικῆς ἐς τόδε καιροῦ καθηγητὴς ἐτύγχανεν ὤν, ὁ Μιχαὴλ τὰ ἱερὰ ἐπὶ τοῦ τῆς Σοφίας ἱεροῦ διεξηγεῖτο τῶν Εὐαγγελίων ῥητά. ἅτερος δὲ εὐδόκιμος ἄλλα τε τὴν ἐν λόγοις ἦν, καὶ δὴ καὶ λόγων ἀγαθὸς δημιουργός. ἀμέλει γοῦν καὶ πολλὰ τῶν κατὰ ῥητορικὴν μεμελέτητο αὐτῷ ἄγαν δεξιῶς. ἐπὶ τούτοις ὠδινόν τε τὼ ἄνδρε τούτω, καὶ ἐν δεινῷ ἐποιοῦντο, εἰ τηλικούτω τὰ ἐς σοφίαν ὄντε πρὸς τοιούτου διαμυκτηρίζοιντο ἀνδρός. ὅθεν ἑαυτοῖς τε, καὶ πλείστοις ἑτέροις ἀνηκέστων αἴτιοι ἐγενέσθην κακῶν. τοῦ Βασιλείου γάρ ποτε εἰς τὸν περὶ τοῦ ἄστεος Ἀποστόλου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου νεὼν τὴν συνήθη τελοῦντος αὐτῷ λειτουργίαν, ἤεσαν ἀκουσόμενοι καὶ οὗτοι, ἀκοαῖς γε μὴν ἐπιβούλοις, καὶ πλήρεσι δυσμενείας. ὡς γὰρ Εὐαγγελικήν που, οἶμαι, περικοπὴν ἐκεῖνος διεξιὼν, τὸν αὐτὸν, ἔφη, καὶ ἕνα τοῦ Θεοῦ υἱὸν καὶ θῦμα γενέσθαι, καὶ σὺν τῷ πατρὶ τὴν θυσίαν προσδέχεσθαι, ἥρπαζόν τε τὸν λόγον εὐθὺς, καὶ ἄνω καὶ κάτω διεχλεύαζον ἰόντες, διττὰς ἐντεῦθεν τὸν Βασίλειον λέγοντες εἰσάγειν ὑποστάσεις. εἰ τὸ μὲν ἐτύθη, τὸ δὲ τὴν θυσίαν ἐδέξατο. ἄλ-

λοι τε οὖν ταύτῃ τῇ δόξῃ συνέθεντο τῶν ἐπὶ λόγοις τέως δοκίμων, καὶ δὴ καὶ Σωτήριχος, ᾧ Παντεύγενος ἡ ἐπίκλησις. ἦν, ἀνὴρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σοφίᾳ, καὶ λόγων δεινότητι τοὺς ἄλλους ὑπερβαλὼν, ὃς καὶ τὸν Ἀντιόχου τὸν θρόνον λαβὼν, οὔπω ἔτι κεχειροτόνητο. ὁ τοίνυν Σωτήριχος οὐκ ἀπὸ γλώττης μόνον, καὶ στόματος δόξῃ τῇ ἐκείνων παρίστατο, ἀλλὰ δὴ καὶ καλόν τι χρῆμα λόγου συντάξας, οὓς ἐκεῖνος, ἐξαισίαν τινὰ πρὸς Πλάτωνα ἐν Διαλόγοις ὁμοιότητα ἔχων, πολλὰ ἐν τούτῳ δὴ τῷ Λόγῳ συνεφόρησεν ἄτοπα, δι' ἅπερ αὐτός τε τὴν θρόνου καθαίρεσιν ὑπέστη, Βασιλέως τοῖς ἀμφιβαλλομένοις διαιτήσαντος. καὶ ὅσοι ἤδη συνίσταντο τούτῳ. Βασίλειος δὲ τὴν ἐπιτιμίαν αὖθις ἔσχεν. ἐτύγχανε γὰρ ἤδη ταύτην ἀποβαλών. εἰ καὶ χρόνῳ ὕστερον αὖθις ἀπώλεσε ταύτην, οὐκ ὀρθός, ὡς ἐλέγετο, τὰ δόγματα φωραθείς. τὰ μὲν δὴ τῆς δογματικῆς ἐκείνης ἀμφισβητήσεως τοιοῦτον εἴρηκε πέρας. Quæ ita verti poterunt: *Interea Byzantij hæc contigerunt. Ex Leuitarum numero, quos nos Diaconos nuncupamus, quidam, cui nomem erat Baſilio, ad exponendas populo diuinas voces inter Officiorum, quæ vbicunque peragerentur, ſolemnia conſtitutus, alios quoque vel leuiter ſibi infenſos in eiuſcemodi ſermonibus, quaſi aliud agens, nec palam redarguebat, & inter eos Michaëlem, & Nicephorum, cognomento Baſilacium, quorum hic quidem edocendæ Rhetoricæ tunc præerat, Michaël ſacra Euangelio-*

*geliorum verba in Sophiæ templo exponebat. Verùm primus inter diſſerendum optimus habebatur, & ſcribendarum Orationum inſtructiſſimus artifex: quando etiam & pleraque Rhetorica monumenta quàm dexterrimè illi elaborata ſunt. Propterea Viri iſti odio in eum concepto, ægrè ferebant, ſi, cùm ipſi tãtùm ſapientia pollerent, ab eiuſcemodi homine flocciperderentur, exagitarenturque. Quapropter ſibi, aliiſque quàm plurimis deploratiſſimorum incommodorum cauſa fuere. Cùm enim Baſilius aliquando in Ioannis Apoſtoli, & Theologi templo, ante Vrbem extructo, ſuetum ſibi munus exequeretur, ipſi quoque ad concionem acceſſerant, fraudolentis, & inuidiæ plenis auribus auditionem illius procurantes. Veruntamem ille cùm textum Euangelij, vt ipſe opinor, exponeret, dixiſſetque, V*num Dei Filium, & Sacrificium factum fuiſſe, & Sacrificiũ cum Patre accipere, *verbum ipſi arripientes, ſeſeque hàc, atque illàc conferentes incuſabant; ex ijs inferri, affirmantes, Baſilium duas perſonas inuehere: ſi hoc quidem in Sacrificium oblatum eſt, illud Sacrificium accepit. Multi itaque alij non elingues, ſed facultate dicendi exercitati huic aſſertioni aſſenſi ſunt, & præcipuè Soterichus, cui Panteugeno cognomen fuit, Vir eo æuo & ſapientia, & dicendi vi, & copia nemini cedens, qui in Antiochenam ſedem electus, non dum fuerat ordinatus. Soterichus itaque non voce ſolummodo, & ore, eorum aſſertionem propugnabat, ſed & Orationem quàm optimè inſtructam componens,*

& quam ille mirificam, ob eam, quam cum Platone gerebat ſimilitudinem, conſcribere poterat, multa in ea abſurda congeſſerat, ob quæ ipſe ſede ſummotus eſt, ita in ea Quæſtione ſententiam dicente Imperatore, & alijs, quicunque vnà cum ipſo ſentiebant. Baſilius verò ſuo eſt honori reſtitutus, quem ipſe iamdiu antea amiſerat; quamquam poſtmodum rurſus amiſit, malè ſentire in dogmatis deprehenſus: Et hunc quidem finem habuit Quæſtio illa de Dogmate. Cinnami verba eo libentiùs hic appoſui, quòd adhuc inedita ſunt, & vt eorum collatione Choniatæ ſententia magis pateat; & quantum Interpretibus fidendum ſit aliquandò, interpretationis Vvolfianæ examine cõprehendatur. Et, vt minutiora quædam miſſa faciamus, ὀρθοτομηθέντος δὲ τοῦ ζητουμένου, καὶ τῇ δόξῃ προστεθέντος τοῦ Βασιλέως τῇ θεοφιλεῖ τε, καὶ κρείττονι, ita vertit; *Verùm Imperatore piæ, ac veræ ſententiæ poſt ſolertẽ controuerſiæ explicationem aſſenſo.* Quaſi Imperator ſolus ille fuerit, qui veritatem illius ſententiæ ex ſe terminauerit, nec terminatæ priùs ab alijs aſſenſum præbuerit: quod falſum eſt, & contra Catholicæ Eccleſiæ Canones, licet rumpantur Hæretici, & nonnulli etiam ex Græcis, qui adeò blanditi ſunt Imperatoribus, vt non tantùm rerum illis ſecularium curam, ſed Eccleſiaſticarum quoque, ac diuinarum arbitrium exhibuerint; quaſi illi eſſent rerum diuina-

rum Doctores, & normæ rectiſſimæ, ipſorumque Dogmatum interpretes veriſſimi, Eccleſiæque ſuprema capita; quod ſuo æuo in Orientali Imperio tanquam perperam factum Nicetas ipſe illo eodem capite exagitat, ac deplorat. Ἐπὶ τούτῳ τοίνυν τῷ θεμελίῳ, prudenter, ac verè dicebat Ignatius Diaconus ex ſanctiſſimo multorum Patrum præſcripto, in Vita S. Nicephori Patriarchæ CP. Προφήτας, Ἀποστόλους, καὶ Διδασκάλους ἐποικοδομεῖν δεδιδάγμεθα. Βασιλεῖς δὲ ὑπείκειν μὲν, καὶ στέργειν τοῖς παρ' αὐτῶν κεκριμένοις ἐπέγνωμεν. νομοθετεῖν δὲ, καὶ ὅρους τῇ Ἐκκλησίᾳ σεσυλημένους πηγνύναι πάμπαν οὐκ ἔγνωμεν. *Super hoc itaque fundamento Prophetas, Apoſtolos, & Doctores ædificia conſtruere perdocti ſumus; Reges verò obedire, aſſenſumque illis præbere, quæ ab ijs præſcripta ſunt, cognouimus; at leges eos ferre, & determinationes aliunde ſurreptas Eccleſiæ ſtatuere nullatenus ſcimus*. In rebus enim Eccleſiæ diſponendis, ſiue dijudicandis, & in rebus Fidei interpretandis nullum ius habet Imperator, &, ſi quòd ſibi vindicat, malè ſibi, & contra ius vſurpat: quod tum factitaſſe Emmanuelem, præter Scriptoris mentem, Interpres Vvolfius exprimit. At Nicetæ ſententia eſt, *Cùm verò de Quæſtione recta, probataque ſententia dicta eſſet*, ab ijs nempe, quibus id oneris incumbebat, &

quibus propoſita quæſtio diſſoluenda, vti rei Iudicibus, ab Imperatore erat, *tum demum Imperator comprobatæ opinioni, determinatæque ab ijs, vti piæ, ac veræ aſſenſum præbuit*. Sequitur Nicetas; καθαίρεσιν ὑπέστησαν, ὡς ἀντίφρονες, ὁ ὑποψήφιος τῆς Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Σωτήριχος ὁ Παντεύγενος, ὁ Δυρραχίου Εὐστάθιος, ὁ τῆς Θεσσαλονίκης Μιχαήλ, τὸν Ῥητορικὸν θρόνον κοσμῶν, καὶ τὸν Εὐαγγελικὸν ἀναβαίνων ὀκρίβαντα, ὁ Βασιλάκης Νικηφόρος τὰς τοῦ Παύλου ἀναπτύσσων ἐπιστολάς. Vertit Vvolfius; *Aduerſarij loco moti ſunt, vt perperam ſentientes, Hypopſephius Theopolitanus, Soterichus Panteugenus Antiochenus; Dyrrhachinus Euſtathius, Michaël Theſſalonicenſis Cōcionator, Nicephorus Baſilaces, qui Paulinas Epiſtolas interpetrabatur*. Nihil minùs. Nolo hìc dicere, in pauciſſimis Vvolfii verbis Librum eſſe vitiorum: ſis mecum vnà Lector; vnam vrbem in duas diſcindit, vnum Soterichum in duos deartuat, quorũ vnum Theopolitanum, alterum Antiochenum facit. Theopolis, & Antiochia Magna vna eſt; quod vel cæcis notum. Hypopſephius Theopolitanus nullus eſt. Quis ſit ὑποψήφιος in Epiſcopatibus, omnes ſciunt. At is nomen dignitatis, ſiue miniſterij, proprium Viri nomen, ac iam Epiſcopi eſſe putat. Senſus tamen eſt, Soterichum illum cognomento Panteugenum, qui tunc temporis non dum

erat

erat conſecratus Patriarcha Antiochenus, tantùm ſuffragijs renunciatum eſſe; idque eſt, ὑποψήφιος; quod manifeſtò habetur apud Cinnamum; καὶ δὴ Σωτήριχος, ᾧ Παντεύγενος ἡ ἐπίκλησις ἦν, ἀνὴρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σοφίᾳ, καὶ λόγων δεινότητι τοὺς ἄλλους ὑπερβαλὼν, ὃς καὶ τὸν Ἀντιόχου τοῦ θρόνον λαβὼν, οὔπω ἔτι κεχειροτόνητο. Et ſanè articulus, qui in nominibus exprimendis apponitur, Vvolfiũ cautiorem reddere poterat, qui cùm alijs præponatur, Sotericho non apponitur, cùm ab ὑποψηφίου articulo pẽdeat. Quare vnus & idem eſt, ὑποψήφιος Θεουπόλεως, &, μεγάλης Ἀντιοχείας Σωτήριχος Παντεύγενος. ἀντίφρων item, non eſt, perperam ſentiens, ſed contraria; & poteſt quis contraria, non tamen perperam ſentire. Nicetas; Μιχαὴλ τὸν Ῥητορικὸν θρόνον κοσμοῦντα, καὶ τὸν Εὐαγγελικὸν ἀναβαθμῶν ὀκρίβαντα. Vvolfius, *Michaël Concionator*: Nimis ieiunè, & præter rem: Officium, ſiue Dignitatem Michaëlis, quam verboſè nimis Nicetas expoſuit, vnico verbo non dicam obtruncauit, ſed omninò præterijt. Quamuis enim Rhetorem ipſe egerit, quem Concionatorem eſſe nonnulli arbitrati ſunt, & qui Scripturas, inſtar Oratoris Eccleſiaſtici, interpretabatur, nihilominùs Michaël iſte Διδάσκαλος τοῦ Εὐαγγελίου, *Doctor Euangelij*, ὁ ἑρμηνεύων αὐτό, *qui illud interpretabatur*, erat.

vt ex Cinnamo colligitur, ὁ Μιχαὴλ ὁ ἱερεύς τε ἐπὶ τοῦ τῆς Σοφίας ἱεροῦ διεξηγεῖτο τῶν Εὐαγγελίων ῥήτωρ. Rhetorque latiùs, quàm doctor Euangelij, patebat. cùm & Baſilaces Pauli Epiſtolas interpretaretur, Rhetoris tamen anteà inſigniretur nomine; ſic enim ex Manuſcriptis nomen illius concipitur, Μῦθοι τοῦ Ῥήτορος κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βασιλάκη, Rhetores ſcilicet, & qui Rhetorices præcepta alijs tradebant, tanquam eloquentiæ profeſſores, in id munus fermè aſſumebantur. Et cùm Scripturæ, quæ in Eccleſijs inter officiorum ſolemnia legi ſueuerant, in Euangelium; in Apoſtolum, Pauli nempe Epiſtolas; quas aliæ etiam Canonicæ, & Apocalypſis ipſa comitantur; in Pſalterium; & in cæteras diuinorum Bibliorum lectiones diuiderentur; hinc factum eſt vt Interpretis quoque munus in *Doctorem Euangelij, Doctorem Apoſtoli, Doctorem Pſalterij, & Doctorem, ſeu Rhetorem Scripturarum* partiretur; vt ex Codino, alijsq; colligimus, à quibus non diſcedit Meletius Patriarcha Alexandrinus Epiſtola ad Ruthenos, & Matthæus Monachus de Officijs Eccleſiæ, & Palatij. Carmina huius ſunt;

γʹ. Ἱερομνήμων τρίτης τε, καὶ μὴν Ὑπομιμνήσκων.

Οἱ τρεῖς ἑξῆς Διδάσκαλοι, πρῶτος Εὐαγγελίου,

Τοῦ

Τοῦ Ἀποστόλου μετ᾽ αὐτὸν, τρίτος ὁ τοῦ Ψαλτῆρος.
δ΄. Τῆς δὲ τετάρτης πέφυκεν ὁ γ᾽ ἐπὶ τῶν Γονάτων.
Ὅτε τὰς Κρίσεις ἐφορῶν, ὅτε Δεήσεις φέρων,
Ὁ δὲ τῆς Καταστάσεως ἱερᾶς, καὶ τῶν Σεκρέτων.
έ. Τῆς πέμπτης ἄρχων τῶν Μονῶν, ἄρχων Ἐκκλησιῶν τε,
Ἄρχων Εὐαγγελίου τε, ἄρχων Ἀντιμινσίων,
Ἄρχων ὁ Φώτων μετ᾽ αὐτοὺς, πληρῶν πεντάδος πέμπτην.
ϛ΄. Ὅρα τὸν Ῥήτορα, διπλοῦς Ὀστιαρίους.
Τὸν Νομοδότην τε ὁμοῦ, Πριμμικήριον Νοταρίων.
3. *Hieromnemon Tertij Quinarij, necnon Monitor, eos ſubſequuntur Doctores, Primus Euangelij, Secundus Apoſtoli, Tertius Pſalterij.* 4. *Quarti verò ſunt, Magiſter à Genibus, Qui Iudicijs præeſt, & Qui Supplicum preces offert, Præfectus ſacræ Stationis, & Secretorum.* 5. *Quinti Præfectus Monaſterijs, Præfectus Eccleſijs, Præfectus Euangelio, Præfectus Antimenſijs, & poſt eos Præfectus Luminibus, complens Quinarij quinti quintam partem.* 6. *Vide Rhetorem, geminos Oſtiarios, Legum Præſcriptorem, & Primicerium Notariorum.* Cùm verò poſtmodum, vt ex Ioannis Citri Epiſcopi Reſponſionibus ad Conſtantinum Cabaſilam adnotabam, Officia arbitratu ſuo Patriarchæ mutarent, factum eſt aliquandò, vt hæc quatuor in vnum Διδασκάλου, ſeu Doctoris Officium coaleſcerent. Codex apud

apud me MS. de Officijs magnę Eccleſię, ὁ Διδάσκαλος ἑρμηνεύει τὸ Εὐαγγέλιον, εἰ δυνατός ἐστιν, ὁμοίως καὶ τὸ Ψαλτήριον, κρατεῖ καὶ τὰ σχόλια τῆς Ἐπισκοπῆς. Nec, in exactiſſima Officiorum enumeratione, alterius Doctoris meminit. Hinc manifeſtò labuntur ij, qui inter hoſce quartum addunt, eumque maximum, qui Oecumenicus diceretur, & ad Ciſternam Regiam in Palatio habitabat cum duodecim diſcipulis, viris in omni diſciplinarum genere inſignibus, & qui tanta cum auctoritate res diuinas tractabant, vt absq; eorum conſilio nec ipſi quidem Imperatores temerè aliquid aggrederentur, vt ſcribunt Cedrenus, Zonaras, & Manaſſes in Annalibus. Neque enim à prędictis omnia vrbis Officia, ſed Eccleſiæ tantùm, illiuſque magnæ Coſtantinopolitanæ recenſentur. Præterea, ſi hi Doctores iure, & auctoritate Patriarchæ docebant, vt refert Balſamon ad Concil. 7. can. 19. & Patriarcha defuncto, neque alio ſuffecto, non poterant docere, vt inquit Alexius Comnenus, quanam ratione cum eis Oecumenicus recenſeri potuit, qui ſemper, etiam cùm nullus eſſet Patriarcha, veluti ex oraculo ad quæque ſibi propoſita reſpondebat, cuique nullus vnquam docendi finis, dum viueret, præſcribebatur. Immò ex eodem Balſamo-

nis

nis loco, Magiſtros Eccleſiæ ab alijs eiuſdem Vrbis diuerſos fuiſſe palam diſcimus, Καὶ τυπωσάσης τοῖς Διδασκάλοις πᾶσι τοῖς ἐντὸς οὖσι, δηλαδὴ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τοῖς ἐκτὸς. *Et decernit omnibus Doctoribus, tam ijs, qui ſunt extra Eccleſiam, quàm ijs, qui ſunt intra*. Nicetæ etiam illa, καὶ τὸν Εὐαγγελικὸν ἀναβαίνων ὀκρίβαντα, *Et Euangelicum, aſcendens pulpitum*, expuncta à Vvolfio, veram nobis illius æui interpretandi Euangelij ſedem expungunt: quemadmodum enim Lectores Euangelij ſuggeſtum aſcendebant, vt magis Euangelij lectio in audientium aures ſine vllo medio impedimento penetraret; ita & qui illud interpretabantur, pulpitum aſcendebant. Nicetas, καὶ τὴν βάθει τοῦ πνεύματος ὑποφρίσσουσαν. Vvolfius, *altiſſimo Spiritu refertam*. malè. debuit dicere, *Et profunditate ſpiritus inhorrentia*: ideoque non omnibus peruia. Infra etiam verba illa, τὴν τύχην ὑπὲρ τοὺς πολλούς, τὸν στρατοῦ φύλακα, quare omiſerit Vvolfius, alij dicant; & ſonant, *Fortuna ſupra plebem, & cuſtodem exercitus*. Poſtrema etiam illa Nicetæ, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς καὶ ἕτεροι τῶν ἱερῶν, καὶ θείων περιβόλων ἀποσκευασθέντες ἠλάθησαν, Neſcio qua ratione Vvolfius è ſua interpretatione expunxit. Tanto ne illi odio & ſacra loca, & Deo addicti porticus ſunt, vt nec de nomine quidem ea, etiã ſi id materia poſcat, commemoranda cenſeat?

ſeat? Et hæc quidem veritatis tantùm ſtudio, cùm è re mea ſint, ne quis me incuriæ arguat, in Vvolfium animaduerti, Baſilacem meæ mihi Schedæ, & Codex Manuſcriptus, in quo pleraque ſimilia continentur, ſuppeditarunt, in multis tamem hiulcùm, ac lacerum, quem nunc demum conſpicuum, ſuisque partibus integrum ex Bibliotheca Regia, Puteanorum Fratrum munificentia, ad benè de artibus, literisque promerendum paratiſſima euulgo.

Seueri Sophiſtæ Alexandrini Ethopœias priùs Græcè, & Latinè impreſſerat Federicus Morellus, ſed tertia ſui parte mutilas, atque detruncatas, vt examinanti patere poterit: eas cùm integras meæ Schedæ exhibuiſſent, ne truncos edere viderer, omnes libuit cum noua verſione, quando perpaucæ illæ ſunt, denuò edere. Seuerus, Cynopolita, Adrianus, Callinicus, Conſtantinus Porphyrogenneta, & qui de Certaminibus Herculis ſcripſit, toti mei ſunt. In hoc tamen poſtremo ſuam opem contulit Ioannes Aubertus, de Sancto Cyrillo Alexandrino, alijsque Patribus benè promeritus, mihique amiciſſimus ex Bibliotheca Regia Pariſienſi.

Theodorus Cynopolita quiſnam fuerit, aut quo tempore vixerit, fateor me neſcire. Geſnerus, *Theodori Cynopolitæ, aut Procopij Proſopo-*

pœia,

pœia, liber Græcus in Bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum. Illius tamem neque in prima neque in poſtrema Auguſtanæ Bibliothecæ Indicis editione mentio apparet. Nec aliam ab hac noſtra Ethopœiâ fuiſſe exiſtimo. Auctor eſt elegans, vt ex vngue Leonem conijcere poſſumus, habetque neſcio quid τῦ ἀρχαίυ χνῦ.

De Adriano Tyrio, & Callinico Sophiſta plura tibi ſuggerent & Philoſtratus in Vitis Sophiſtarum, & Suidas.

Conſtantinum Prophyrogennetam per Federicum Morellum, Bonauenturam Vulcanium, tandemque per Ioannem Meurſium, monumentis illius editis, cognitum habet Reſp. literaria, & iam tractat. Iſaacij Ianus Rutgerſius ex Bibliotheca Amſterodamenſi eam partem tantùm, quæ de lineamentis tam Græcorum, quàm Troianorum, qui ad Troiam conuenerant, ſtudioſis communicauit. Habes nunc Scriptorem, quem ille ſuauiſſimum, neſcio quàm amicis Muſis, vocauit, per me iam integrum Græcum, & noua mea interpretatione Latinum. Quanta facta ſit acceſſio Scriptori mutilo, ac decurtato, vtriusque comparatione dignoſces.

Anonymum de Certaminibus Herculis non alium à Ioanne Pediaſimo Chartophylace fuiſſe opinatus ſum ferè ſemper; cùm apud Epitomatores Geſnerianos legiſſem, ſub eius no-

nomine *De Laboribus Herculis* Librum in Bibliothecis S. Antonij Venetijs, & S. Saluatoris Bononiæ extare. Illius tamen, licet diutiùs per amicos conquiſiuerim, non dùm copia facta eſt. Quare cùm eum non viderim, non potui certi aliquid in medium aſſerre; ideoque ſub Anonymi titulo potiùs euulgaui. Totus eſt ex Appollodoro, multis detractis, ac decurtatis, & nonnullis etiam immutatis. vtilis eſt tamen, & bonæ notæ.



Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

Io. Bapt. Alt. Epiſc. Cam. Viceſg.

EXcerpta Varia Græcorum Sophiſtarum, ac Rhetorum, quæ, veteris litteraturæ vindex, Vir Cl. Leo Allatius, è ſuo primo Tomo Variorum Antiquorum, luci nunc primus, ac Latio donat; Fidei, aut moribus minimè aduerſa, facultate facta à Reuerendiſs. P. Magiſtro Sac. Pal. Apoſtolici, prælo committenda cenſeo. Romæ VI. Id. Iul. MDCXL.

Gaſpar de Simeonibus.

Imprimatur.

Fr. Vincentius à Florentiola Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

ELENCHVS VOLVMINIS

HERACLITI DE INCREDIBILIBVS.

De Meduſa.	1
Scylla.	2
Cæneo.	2
Atlante.	3
Centauris.	4
Paſiphaë.	5
Tireſia.	5
Arpyis.	6
Perſeo.	6
Glauco marino.	7
Cyclope.	7
Schœneia Atalanta, & Hippomene.	8
Phorcidis.	9
Sirenibus.	9
Chimæra.	10
Circe.	10
Flãmiuomis Tauris.	11
Hydra.	11
Spartis,	12
Aureis Malis.	13
Ijs, quæ apud Inferos ſunt.	13
Phaëtonte.	14
Orpheo.	14
Helle, & Phryxo.	15
Panibus, & Satyris.	16
Æſculapio.	17
Plutonis galea.	17
Borea, & Orythyia.	18
Proteo.	18
Cane, & Vulpe.	19
Diomedis equis.	19
Calypſo, & Vlyſſe.	20
Cerbero.	20
Lamia.	21
Progne, & Philomela.	22
Heliadibus.	22
Panopte.	23
Endymione, & Luna.	23
Solis bobus.	24

Ano-

Anonymi de Incredibilibus.

De primis Hominibus. 27
Septem miraculis. 28
Vellere aureo. 29
Ilio. 29
Acheloo. 30
Cerbero. 31
Paſiphaë. 31
Chimæra. 32
Narciſſo. 33
Alexandro Paride. 34
Pane. 35
Endymione. 36
Phaëtonte. 36
Icaro. 37
Io, & Argo. 38
Baccho. 39
Catena Homerica. 41
Saturno. 42
De ijs, quæ ab armis Diomedis exiliebant. 42
De eo, Magnum ingemuit tum ſaginus axis. 43
Solœciſmo. 44
Siſachthia. 45

Libanij Sophiſtæ Narrationes.

De Vulcano. 47
Acalanthide. 49
Capaneo. 49
Adraſtea. 51
Polycrate. 52
Calliſto. 53
Simonide. 53
Neoptolemo. 54
Alceſtide. 55
Candaule. 56
Daphne. 57
Progne, & Philomela. 58
Ijſdem, aliter. 60
Marſya, & Tibijs. 61
Paſiphaë. 62
Aliter. 63
Hercule. 64
Aliter. 65
Latona. 65
Gallo. 66
Paridis raptu. 67
Danao, & Ægypto. 69
Icario. 70
Arione. 70
Hyacintho. 71

††† *Al-*

Alpheo. 72
Aliter. 73
Deianira. 73
Aliter. 74
Pinu. 74
Aliter. 76
Atalanta. 77
Aliter. 78
Cepheo, & Perſeo. 78
Aliter. 79
Rheno. 80
Aloidis, & Abiete. 81
Enipeo. 82
Danaë. 83

Eiuſdem Deſcriptiones.

Diei feſti. 84
Fortunæ Fani. 89
Palladis. 93
Promethei. 99
Eteoclis, & Polynicis. 106
Alexandri Ædificatoris. 108
Kalendarum. 115

Eiuſdem Præludia Rhetorica.

CHRIA. *Theophraſtus interrogatus*, quid eſt Amor? *Reſpondit*. Otio abutentis animi perturbatio. 342.
HORTATIVA SENTENTIA. *Pecunijs opus eſt, neque ſine ijs quidquam, quod facto opus eſt, perfici poteſt*. 352
REFVTATIO. *Non eſſe veroſimilia, quæ de Aiace* Locro *dicuntur*. 359
CONFIRMATIO. *Veroſimilia eſſe, quæ de Aiace Locro circumferuntur*. 373
PROPOSITVM. *An muris ſint Vrbes cingendæ*. 382
ALIVD. *An enauigandum eſt*. 387
EXPOSTVLATIO *in* le-

legem iubentem, Fratrum vxores in matrimonium ducere. 392

Nicephori Baſilacæ Fabulæ.

Leonis, & Tauri. 125
Equi, & Cerui. 127
Leonis, & Puellæ. 130
Lupi, & Paſtoris. 133
Graculi, & Auium. 134

Narrationes.

De Achille. 137
Myrrha. 140
Narratio, quam & Plutarchus in Parallelis proſequitur. 147
Vlyſſe. 148
Dædalo. 151
Paſiphaē. 153
Icaro. 157
Troiæ excidio. 158
Thamyri. 160
Danaē. 162
Hercule. 164
Platano. 166
Aloidis. 167
Narciſſo. 168
Polydoro. 172

Ethopœiæ.

Quoſnam ſermones habuiſſe putetur Ioſeph, ab Ægyptia muliere accuſatus, traditusque carceri. 176
Quænam verba protuliſſe cōiectatur Ioſeph, eductus è carcere, &, poſt dijudicata Regi inſomnia, totius Ægypti principatu potitus. 181
Quænam verba dicere potuerit Dauid; cùm, Saule perſequente, ipſe teneretur ab Allophylis, eſſetq; iam neci tradendus. 188
Quænam verba dixiſſe veroſimile ſit Dauid, cùm eum Abſalon filius perſequeretur. 193
Quoſnam ſermones Da-

ſuid efformaret, cùm in ſpelunca Saulem incuſtoditum, atque edormientem comprehendiſset, dudum Saule ipſum inſectante. 198

Quæ forte verba dixerit Edeſſena Puella à Gotho milite deluſa. 202

Olitoris verba, qui cùm diligentiùs operam daret hortulo, Cupreſſum, vberem inde fructum expectans, tranſtulit; ſpe, quam inde animo conceperat, fruſtratus. 242

Seueri Alexandrini Ethopœiæ.

QVid eloquutus fuerit Achilles, cùm direptam Troiam à Pyrrho ad illius aures accidiſſet. 221

Quæ verba effatus ſit Menelaus, rapta ab Alexãdro Helena. 223

Quid protulerit Hector, cùm apud Inferos accepiſſet, Priamum vnà cum Achille conuiuatum fuiſſe. 225

Quid enunciauerit Pictor, depictæ à ſe Puellæ amore correptus. 227

Quam orationem habuerit Hercules, Periclymeno in certamine ſeſe commutante, nec propriam formam referente. 231

Theodori Cynopolitæ Ethopœia.

QVid faſſus ſit Æſchines cùm eum exilij cauſa ſolum vertentem Demoſthenes comprehendiſſet, exhibitisq; muneribus adhortaretur, vt infortunium fortiter ferret. 235

Adria-

Adriani Rhetoris Declamatiunculæ.

Veneficij comperta Mulier comburi non poterat: altera eam ſe ambuſturam promittit, & amburit. Adrianus Orator, vt & hæc ipſa comburatur, efflagitat. 238
Mercenarij Milites flumine in hoſtes diducto mercedem exigunt; dum res apud Amphictyones in contentione verſaretur. 241
Dominus audiens ab vxore, ſe in ſomnis cum ſeruo in Veneris templo concubuiſſe, ſeruum adulterij accuſat. 243
De progreſſu Regis Babyloniorum. 250
Excerpta. 254

Callinici Sophiſtæ ex Antiquitatibus Romanis.

De Roma. 256

Iſaaci Porphyrogennetæ.

De prætermiſſis ab Homero. 259
Lineamenta tum Græcorum, tum Troianorum, qui ad Troiam conuenerunt. 304
Agamemnonis. 305
Menelai. 305
Achillis. 305
Patrocli. 306
Vlyſſis. 306
Diomedis. 307
Neſtoris. 307
Proteſilai. 307
Palamedis. 307
Merionis. 309
Idomenei. 309
Aiacis Locrenſis. 309
Pyrrhi. 310

Calchantis. 312
Priami. 312
Deiphobi. 313
Heleni. 313
Troili. 314
Paridis. 314
Æneæ. 314
Antenoris. 315
Hecubæ. 315
Andromachæ. 315
Caßandræ. 316
Polyxenæ. 316
Hectoris. 317

Anonymi de certaminibus Herculis.

De Leone Nemeæo. 321.
Lernæa Hydra. 323
Cerua aurea cornua habente. 326
Erymanthio Capro. 327
Augiæ ſimo. 328
Stymphalidibus auibus. 331.
Tauro Minois. 332
Equis Diomedis. 333
Balteo Hippolytes. 335
Geryonis iuuencis. 337
Pomis Heſperidum. 338
Cerbero. 340

Leonis Philoſophi.

Carmina, Carcini dicti. 398

In S. Crucem Carmina.

Nicolai Metropolitæ Corcyrenſis. 399
Ioannis Geometræ. 399
Emmanuelis Phile. 399

In S. Io: Chryſoſtomum Carmina.

Emmanuelis Phile. 399.
Nicolai Metropolitæ Corcyrenſis. 400
Pſelli. 400

Leonis Allatij
AD VRBANVM VIII.
Enneadecaëtericus.

ΟΥΡΒΑΝΟΥ

ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΕΚΑΕΤΗΡΙΚΟΣ.

Δὶς μὲν διῆλθεν ἔνατον κυκλῶν ἔτος,
Χειμὼν ἐς ἔαρ, ἐς δ' ὀπωρινὴν θέρος
Ὥρην ἀμείψας ποικιλόπλεκτος χρόνος.
Καὶ νῦν ἀπ' ἄκρης αὖθις ἔρχεται φέρων
Ἔτος νεωχμὸν ἔνατον πρὸς τοῖς δέκα,
Ὅτ' ΟΥΡΒΑΝΟΣ γηραιὸν ἡλικίας μέρος
Ῥίψας, ἐῤῥώσατ' ἔντονον γυίοις σθένος,
Στήριξε θ' ἥβην εἰς ἀγήραον βίον,
Αὐτὴν ἀεὶ νεγῶζαι, εἰσόκ' ἐκ Διὸς
Νύκτες τ' ἔασι, χ' ἡμέραι θνητοῖς φίλαι.
Τόσοις γὰρ ἐν ἔτεσιν ἐκμετρούμενος
Φοίβης δίαυλος, παμφαοῦς τ' Ἠλέκτορος,
Ὅθεν λιάσθη, προσπορεύεται πάλιν.
Σὺ παγκρατὴς ἄνασσα γαιάων Πόλις
Μόναρχε, καὶ δέσποινα, καὶ Θεοῦ θρόνε,
Ἔτος καθ' ἓν κόλποισιν ἄντικρυς τρίβῳ,
Ἥνπερ Δρόμον φήμισαι ἐκ δρομημάτων,
Ἐπηετίμοις κύμασιν ἐξοχουμένην,
Λεῶν ῥεόντων ταρφέων, ὥσπερ νέφη,

Σύ μοι τότ' ἐσκίρτησας ἡδονῇ, θέας
Πρόσχημ' ἰδοῦσα τοῖον. ἦ γὰρ ἀθρόως
Δρόμου προκηρυχθέντος, ὕσπληγγος μιᾶς
Δρομεῖς ἀφορμηθέντες, ἄλλος ἄλλοθεν,
Πάντες δ' ἐς αὐτὸ τέρμα πάντιμον πίδας
Σπέρχουσιν ὁρμαῖς ἠνεμωμέναις ταχεῖς
Ἵπποι τ', Ὄνοι τε, Βουβαλίδες τε, καὶ Βροτοί,
Χριστὸν σέβοντες οὗτ' αὖ ἐξ ἀνειμένων
Ἠθῶν, τροφῶν τε πρὸς δ' ἀγεστέρους τρόπους
Βίον τρέπουσι, καὶ διείργονται κρεῶν,
Ἄλλων θ' ὅσων ἐκεῖθεν ἐκφύειν φέρει,
Χλόην δὲ δεῖπνον, καὶ γένη θαλάσσια
Ἔρδουσιν αὐτοῖς εἰσάπαξ τῆς ἡμέρας.
Ὡς γὰρ διεσπάρησαν, ἥνπερ φράζεται
Κρέασω πέλειν πᾶς τις γε, προθύμως πάνυ
Κέντρον ἐλᾷ, ὥστ' ἀμφιδεξίοις ὁ μὲν,
Ἀριστεροῖσιν ἄλλος, ἄλλός τις μέσοις,
Ἐγκαρσίοισιν ἕτερος ὁρμαίνει δρόμοις.
Χ' ὁ μὲν φέρων πρώτιστα, δεύτερος τύχης
Ὤφθη καταστροφαῖσιν, εἶτ' ὀπίστατος.
Ὁ δ' ηὐτύχησε λοῖσθος ἐκδραμὼν ἔτας,
Ἔπειτ' ἐδυστύχησεν ὕστατος μολών.
Πᾶς τις δ' ἐλαύνει, οὐδὲ γὰρ μέλλειν χρόνος,
Ὤκιστα ταρσὰ, θαλπόμενος ὅπως πυρί,
Βοαῖς ἄσειστος, πρὸς τὸ τέρμ' ἀφορῶν μόνον.
Οὕτω Σελήνη, χ' Ἥλιος πρὸς αἰθέρος
Σταθμοὺς, ἀφέντες νύσσαν αὐτὴν εἰσάπαξ,
Σφέας δρόμῳ τ' ἐνδόντες, οὐκ ἴσαις ὁδοῖς
Οἶμον τελοῦσι πολυδινήτοις πλάνοις,

Ὄπι-

Ὄπισθε, πρόσθε, δεξιῶς, ἀριστερῶς,
Ἄνω, κάτω θέοντες, ἀμμιγεῖς, θαμά.
Ἐπεὶ δέ ποτ' ἐννέα ἑκατοντάδας ἡμερῶν,
Καὶ χιλιάδας ἕξ, πρὸς δὲ δεκάδας τέσσαρας,
Πλήρεσσι, καὶ κοίλοισι μηνέσ' ἐν δυσὶ
Διηκοσίοις τε, κ' ἐνδεκάσι τρεῖς ὁμοῦ
Μετροῦντες ἧξουσ' αὖθι, καὶ νύσσαν πάλιν
Πηδάζουσ', ἀφ' ἧς πλάνηθεν ἐπιμήκει δρόμῳ,
Χρόνον τετεύχασ' Ἐννεαδεκετηρικόν,
Μέγαν, τέλειον, ὅν ποθ' ὁ Λευκονοεὺς σοφῇ
Στάθμῃ Μέτων ὤρθωσεν εἰδυίαις φρεσὶ,
Κάλλιστα ῥέξας, ἐντ' ἀνωμάλοις φυσαῖς
Στήσας βεβαίας γνώμονος ἀσφαλῆ βάσιν.
Σὺ δ' ὦ μέγιστε Γῆς τε, καὶ Πόλου Πρόμε,
Νεύμασι θείοις ναυστολῶν θνητῶν, ὅσον
Κάλλιστόν ἐστι, καὶ Θεῷ προσεμφερές.
Τὸ πᾶν ὁδηγῶν πρὸς θεμιστεῖον σέβας,
Λύμην ἀπασῶν φαρμάκοις σωτηρίοις.
Ὢ πῶς πρέπει κάρητι τρίστεφος λόφος,
Καὶ μίτρα πολύτιμος, ἐντ' ἄκρᾳ χερὶ
Σκῆπτρον, φαεινὸς πέπλος, ἀφθόνως μέλη
Στέγων, τοῖς Ἥρωεσσιν βάρος φίλον.
Ὢ πῶς σὺ μὲν πάντεσσιν ἐκπρεπέστατος
Θρόνῳ προσίζεις κύδεος, διακτόρων
Στολμοὺς ἐρυθροὺς εἱμάτων ὀχούμενος,
Ὤμοις ἐφ' ὕψους, ὥστε σ' ἀθρεῖσθαι λεῷ.
Ὢ σεμνὸν ἀξίωμα, κ' ἀστραπῆς σέλας,
Οὐ φεῦγον, ἀλλ' ἔμμονον, ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν
Ἥδιστον. εἶδα βαιὰ μὲν, ἀλλ' ὅμως τάδε
Λε-

Λέγοιμ' ἄν, ὡς ἤειδα, ᾗ σθένει φύσις.
Οὔπω τιν', οὔπω τοῖον ἔδρακον βροτοί,
Οὐδ' ὕστερον σκέψαιντο προσκυδέστερον.
Εἰ γὰρ βραβείοις ἔμπλεον Μακηδόνα,
Νικηφόροις γέρασιν ἐξεστεμμένον·
Ἑλλὰς γ' ἔβλεψε, δεσποτουμένων χερὶ
Φορούμενον θάκεσιν ἐν ὑψιθρόνοις,
Ῥώμη Σεβαστοὺς, μυρίων τ' ἄλλων ὄχλον
Νίκης πιτνῶντας χρυσέοις ἐν γούνασι,
Ζεύγλην τ' ἐφαρμόζοντας ἀντίοις βαρύ.
Βάκχου τίμιοι ξόανα, τοῦ Ἡρακλέους
Αὐδᾶς θριάμβους, καὶ κρότων φρυάγματα,
Αὔρην μεταρρέουσαν, ἢ σκιᾶς ὄναρ;
Πᾶς γὰρ τοσοῦτον ἔλλαχεν παγκληρίας,
Ὅσον δοκεῖν, δόξαντά τ' ἀποκλῖναι ταχύ.
Σὺ δ' ΟΥΡΒΑΝΟΣ ταῖσιν ἐν καιροῦ ῥοπαῖς,
Τύχης τ' ἐπηρείαισιν εἰν ἀνωμάλοις,
Πλάνεσί τ' ἄλλαις πραγμάτων καταστροφαῖς,
Καθ' ὑπερβολὴν τεύξας ἀρρήτῳ τρόπῳ
Ὄλβοιο πάντ' εὐδαίμονος τυχὼν μόνος,
Κακῶν ἄθικτος, καὶ παλαμναίων βοῶν,
Κάλλιστε, ῥέζων μορφᾷ οὐκ ἀπεικότα.
Σὺ γὰρ βοηθὸς Ἰταλῶν ἔστης γόνοις,
Ἐξαρκέων πάντεσσι, συλλήπτωρ πόνων.
Πρότιστα Λιμὸν αἰανῆ βροτῶν ἄπο
Φθείροντ' ἔσεισας, πάντ' ἀγορὰν τιθεὶς ἰδεῖν,
Εὔοψον, εὐαρκοῦσαν, ἔνθ' ὡς ἐκ πίθου
Πόντον τροφῆς ἄντλησαν, ἴδ' ἄλλα πλείονα
Ψάμμου θαλάσσης, πολλὸν αὖ χρεῖον χύδην.

Σὺ

Σὺ Λοιμὸν ἄλλον χάλκεον, γαμψώνυχα,
Θοὸν δράκοντ᾽, ἄπιστον, ὠμηστὴν, ἅπαν
Δηῦντα φαρμακτῆρσιν ἀσχέτοις βολαῖς
Γένος βροτῶν, αὖ δέ τ᾽ ἐξώλη μόρον,
Καὶ τερμίαν ἄγοντα πᾶσιν ἡμέραν
Ὄψει τ᾽, ἀφῇ τε, κ᾽ ἀξένῳ φυσήματι,
Πόῤῥωθ᾽ ἀπῶσας, κῆρας ἐκλύσας μόνος,
Φθορᾶ τ᾽ ἄκεσμ᾽ ἔνειμας, ἐξ ἀμηχάνων
Κακῶν, ἀνηκέστων τε νούσων ἐξελών.
Εἰ μὴ ᾽φάνης γὰρ ἐν κεκινδυνευμένοις
Δεινοῖσιν ἄστρον, πάντ᾽ αὖ ἐφθάρη κακῶς.
Ὡς δ᾽ ἐν ἀρούραις πίοσι φωτὸς ὀλβίου
Γεηπόνων ὅμιλος ἐμπέδῳ χερὶ,
Χαλκῷ τ᾽ ἀλοιητῆρι, βωλίων πέδῳ
Ὄλεθρον, ἄχρι προσδραμὼν, τεθηλότα,
Γαίης τε λαχνήεντα νῶτ᾽ ἀναρσίως
Νέοις φυτοῖς βρίθοντα, καὶ παλαιτέροις,
Ἔκερε, κἠφάνισεν, οὐδ᾽ ἓν γ᾽ ἔτι
Ἔτ᾽ ἐστὶ λοιπὸν τῆς πάροιθ᾽ εὐθηνίας.
Οὕτως ἐδάπτε Λοιμὸς ἀνθρώπων, ὅσους
Γαίης ἔβοσκε τόφρα κόμπος μυρίους.
Οὐδ᾽ ἠλέησε γῆρας, οὐδὲ μὴν νέων
Ἥβην, πρεσβυτὲς τ᾽ εἶδος, ἀξίωμά τε
Ἔχοντας ἄνδρας, οὐδ᾽ ἐπηδέσθη σέβας
Ἱερῶν, γυναίων σχέτλιος, ἀλλὰ παῖδ᾽ ὁμῶς
Κύκησε φύρδην, πρὸς θ᾽ ἁλιῤῥόθον πλάκα
Θύελλ᾽ ὅπως φόρησεν αὐχμηρὰν κόνιν.
Ἄρη σὺ τοξόδαμνον, ἢ χαλκαρμάτους
Μαρμάρτας ἄνδρας λύθρον ὤθησας μακράν,
Σώ-

Σώζας Λατίνων καλλιπλούτους ἑστίας,
Μέλλουσι, καὶ παροῦσιν αἰόλον τάφον.
Εὖτ' ἂν γὰρ ὡς θ' ἑῷος φάους πατὴρ,
Ἄς θ' ἑσπέρους προσδέρκεται ἀκτῖνεσι,
Πτόλεις ἄπειροι, μυρίων πλέαι καλῶν
Ἔγχεσιν αἱμόβρωτοι, ἐν διαστροφαῖς
Τύχης, παθῶν ὤλισθον οὐκ ἐς δύσπορον
Ἄβυσσον, οὐδ' ἀνακουφίζαι κάρη βυθῶν.
Οἷαί τ' ἔτ' εἰσὶν, Ἄστυ παγκρατὲς, ἔπη
Σοὶ Χριστὸς ἕδραν ἐγκαθίδρυσεν Πρόμῳ
Ἄφθαρτον, ἀνθάμιλλον, αἱ δὲ πλείονες
Σοὶ ναυστολοῦντι χρώμεναι, ἄτης ἄτερ,
Ἐκτὸς στάσεων, ἄλλων τε μετατρόπων δίχα
Εὐδαιμονοῦσι, κἀρετῶσι παμφόρως.
Οὐδ' ὄλβον ἠνώχλησε ξυμφορᾶς νέφος.
Οὐδ' ἦδος ἐξέκοψε πενθέων σάλος.
Εὔκηλα δ' εἰσὶ πάντα, κοὐδεὶς ἀφνεῶν
Ἄλλων ὑπεῖδε κτῆμα βασκάνῳ βλέπει,
Εἰ καὶ κακῶς πράττουσιν, ἀρκεῖται δ' ἔχων
Ὅτι Θεῶν ἔδωκε, καὶ φιλεῖ τύχην.
Δίκη δὲ πᾶσιν ἰθέσι στάθμαις ἔπι,
Στερουμένοις βραβεύσεν οἰκεῖον λάχος,
Κόλασε θ' ἁρπακτῆρας ἐμφανεῖ βλάβῃ.
Ἐσθλοὺς δ' ὑπαντᾷ προσφιλὴς ἔργων χάρις.
Ὅθεν τὰ χρηστὰ φραδμόνων βλαστήματα,
Βουλαί τ' ἄρισται τῶν πολυστρόφων νόων,
Εἴπου τι καινὸν, χρήσιμον δ' ὅμως πόλει
Μῆχος προσεῦρε, χρῆμα τ' ἐμφήνας τύχῃ,
Μνήμῃ προσέσεισι, καὶ τηλεστρόφον γέρας.

Τρέ-

Τρέχουσι δ᾽ ἄλλος ἄλλοθεν. πρὸς δ᾽ αὖ ῥοὰς
Ξάνθας προσίζων Θύμβρειδος, ἵστατ᾽ ἐγγεὸς,
Πόλον, Πόλου τ᾽ ἔδεθλα, καὶ τεράστιους
Κείνου πολίτας ἐς πέδον βεβηκότας,
Ῥώμης ἐν ἀστικοίνησιν ἐνζῶσιν βίον,
Ἀψευδὲς ὅσσοις εἰσαθρεῖν ἡγούμενος.
Ὦ Οὐρανοῦ πηγή, ὃν Θεοῦ χέρες σοφῶς
Τέκτηναν ἶσον ἄλλῳ, ἥττω δ᾽ οὐδέεν·
Πάντῃ δ᾽ ἀειζήλοισιν ἄστροις ἐμπρέπεις,
Νεῶν ἀχράντων, δωμάτων θ᾽ ὑψιζύγων,
Τά περ ζάπλουτοι φῶτες ἐνναίουσι νῦν.
Ἐν σοὶ Πλάνητες ἑπτὰ, ἑπτὰ πρὸς λόφοις
Ἔφθ᾽ Ἱερέων πρόσωπα, καμπίμοις δρόμοις
Ποινῶν, κέλευθον ἰθύνουσ᾽ ἐς Πόλου στέγας,
Ἔνθ᾽ αἰὲν ἄλλος ἄπεισι, χ᾽ ἡδέως πέρα,
Ὤρθωσαν, ὅσσοις ἔργα πρὸς μετάξοπον
Βουλῷ ἀμείφθη. οὐχὶ Κυρίνου λόφος
Πολλῷ Σηλιώνης φέρτερον φαίνει σέλας,
Ὅς τ᾽ ΟΥΡΒΑΝΩι δίδωσι ποσὶ θλιβέμεν,
Οἰκεῖν τε νῶτα κυδίμοις ἀνακτόροις.
Κρύψον τὸν ὄμμα Φοῖβε, νῦν Βατικανοῦ
Μᾶλλον σέθεν στίλβησι παγκλεὴς πρόπους.
Ἧχ᾽ ἱερὸν τέραμνον ἵδρυται Πέτρου,
Μαιμῶσι βάθος βηλοῖο προσψαῦσαι θόλῳ.
Δόξης ἔοικεν οἶκος, ὡς προσεικάζαι.
Τίν λέγοιμ᾽ Ὠιδεῖα, κ᾽ αὖ τεραστᾶς Τύπους,
Ὕψιστον αἰώρημα, κωδώνων ἕδος,
Ἄλλον τε κόσμον; Βωμὸν ἄθρει μοι μέγαν
Χλιδαῖς πολυχρύσοισιν ἐξησκημένον.
Τέχ-

Τέχναισι, καὶ χέρεσσιν ἀφθίτοις μόλις
Πόρ᾿, ἐντολαῖσι τ᾿ ΟΥΡΒΑΝΟΥ τετυγμένον,
Ξείνοισι, κ᾿ ἐνδήμοισι θαῦμα, καὶ σέβας.
Καθ᾿ ὅν τις ἐλθὼν ἀμφιπόντων ἱκέτης,
Χεῖρας τ᾿ ἀνασχὼν ὅ,τι λιπαρέειν τύχοι,
Εὐθύς γ᾿ ἔπλευσε παῖδα. πρὸς δ᾿ ἔγ᾿ ἐλπίδας
Γαίης ἀπώσας, οὐκέτ᾿ οἴκαδ᾿ ἐλθέμεν,
Οὐ συγγενῶν τιν᾿ ἵμερον, οὐ ποθῶν γόνων
Ἴσχει, πεζῶν δ᾿ ἐπ᾿ οὖδας ἀεὶ τ᾿ ἐμμενὲς
Βωμῷ προσσεῖναι, μηδ᾿ ἀπαχθῆναι πόλει.
Πλείω δὲ κ᾿ ἄλλ᾿ ὑπάρχει, ὅπουπερ ἂν
Πᾶστις τανύσει δέργμα, συμφορώτατα
Ἄστοις, πόλει τ᾿ εἰς κάλλος ἐξειργασμένα.
Ἔρυμ᾿ ἄθρησον Ἀδριανοῦ ποικίλοις
Ἕρκεσι, τάφροις, δωμάτων νέαις στέγαις,
Σκευαῖς, ἐπίπλοις, πυρβόλοις, στρατηγέτῃ
Θέαμα δεινόν, ὅτ᾿ ἂν εἰσβαλὼν, στάσιν
Ὅπλοις ἐγείρει, κατὰ φύλοπιν φέρει.
Ἄστοι γεγήθασ᾿, οὐδὲ μέμβλονται βοῆς,
Σῶοι τ᾿ ἄθικτοι, ΟΥΡΒΑΝΩι Σώκῳ χάρις,
Ὅς σφᾶς κλυταῖς φραδαῖσιν ἐξεσώσατο,
Κτῆσιν φυλάσσων, δῶμά τε, καὶ φίλην πάτρην.
Αὐτὸς ῥοὰς ἔστησε, πρὸς τ᾿ ἐναντίον
Ὠδῦσ᾿ ἀταρπὸν, ἐμπεδῶν ὕδωρ λάβρον,
Ἐκ θ᾿ ὑδραγωγῶν ἀφθόνως, δίψης ἄκος,
Ἀνεστόμωσε κοινὸν ἐν λεωφόροις
Πᾶσι προχεῖσθαι, κάρτ᾿ ὀνήσιμος γεγώς.
Ἠ οὐχ ὁρᾷς ῥεέθροισιν ἐν ψυχροῖς Τρέπιν,
Κρουνηδὸν ἐκχέουσαν ἀσπέτων ῥόων

Βέλη δύσομβρα, πρὸς δ' αὐῶθεν, καὶ κάτω,
Πέριξ τε πάντη ὑδάτων πλημμυρίσιν
Ὠθουμένην, νεῦσαν, ἣν τις ἀθρέων
Ἐπὶ ξυροῦ δόκησεν ἀκμῆς ἑστάναι,
Εὐθύς τ' ἐφειλήθουσαν οἴχεσθαι κακῶς,
Ὑπόβρυχον πεσοῦσαν οἰκτίστῳ μόρῳ;
Ἀλλ' εἶδεν ἑστηκυῖαν ἐμπέδῳ βάσει
Πέτρην ἄσειστον, προσβολῶν θ' ὑπέρτερον,
Οὐ κυμάτων ὄγκοισιν ἐκδονουμένην.
Τυπεῖ γὰρ ἣν ἄχραντον ΟΥΡΒΑΝΟΣ Τρόπιν
Βουλαῖσιν ἰθύνει τε, καὶ σόον φέρει,
Ἄτην ἀλύξας, ναύλοχον πρὸς λιμένα.
Γαίης μάτην βέρεθρα, νερτέρους μυχοὺς
Οἴξαντες, ἀνθρῶν ἐκκυκᾶτ' ἀλάστορες.
Τίη θαλάσσης βένθε' ἐξορίνετε;
Οὔρη τίη κλονεῖτε, κἀχανὲς πέδον;
Τίη πρὸς ἔγχος ἦτορ ὁπλίζεις ἀνὲρ,
Ὑπεικονεῖς τε χεῖρα φαρμάξαι λύθρῳ;
Δήει, κάταιθ', ἔναιρε, πλῆσον σὸν κόρον.
Οὐ κερδανεῖς τι. καὶ γὰρ ΟΥΡΒΑΝΟΣ φύλαξ,
Πεπνυμένος τ' ἄγρυπνος, εἰσορῶν πρόσω,
Ὁμῶς τ' ὀπίσσω φρεσὶ πολυμηχανόις
Ἕστηκε πύργος, πῆμα τ' ὠθεῖ, καὶ σθένει
Λύμην φέρουσιν ἀνθαμιλλᾶται χερῶν.
Καὶ ταῦτα φημίζουσιν ἐν ὄμβροις μέσοις
Ἄκλυστος Ὁλκὰς, ἀνδὶ κλυσθῆναι ἀεὶ,
Εἰ θνητά πῃ τί ἐστι, προσδοκωμένη.
Ἄθρει τέραμνα τ' ἀλλ', ἅπερ ἐκεῖνος πατὴ
Δούλοις Θεοῦ τέτευχε, τῶν ἄλλων πολὺ

Μῆ-

Μῆκος φέρισ᾽, εἶδος τε, καὶ σκευαῖς ξέναις,
Πλούτῳ τ᾽ ἀμέτρῳ ἀξίως εἰργασμένα,
Καὶ πανταχῆ κατ᾽ ἄστυ ἐξεσπαρμένα,
Τάπερ Πόλου φωστῆρας εἵπομεν πρὸ τοῦ,
Ἐν οἷς ἀολλισθέντες εὔχονται Θεοῦ
Δμωοὶ, μενοινῆς σὺν στολαῖς, κυρεῖν ὅσων
Αὐτοὶ ποθοῦσιν, εὐστόχων εὐχῶν βολαῖς.
Δοῖοι τε μακραίωνα ΟΥΡΒΑΝΩι βίον,
Ὅστις τοσαῦτα πᾶσι δωρεῖται γέρα,
Αὐτῷ τε, κἄλλοις ξύμφορος καθ᾽ ἡμέραν.
Τιντὶ δὴ λέγοιμι, τὶς φρενῶν τόσοις
Δώροις κέκασται μοῦνος; αὐτὸς ἀτραποὺς
Ἔδυ κρυφαίους Μουσέων μαθητιῶν,
Ἔνθεν ζήλωτος ἦλθε, κ᾽ ἐμμελέστατος,
Ῥώμης, Ἀθηνῶν θαῦμα, καὶ Τυρρηνίας,
Ἄλλοισι δεῖγμα πρῶτον αὐδῆσαι καλῶς.
Τῷ καὶ λόγου πρώτιστοι εἰκάθουσί σοι
Γηθοῦντες, εἰ σὺ πρῶτα, καὶ νίκην ἔχεις.
Ἔχοις δὲ κ᾽ εἰσέπειτα, κ᾽ εἰς μακρὸν χρόνον
Εὐκληρίας ὕψιστον, εἰς πανδοξίας
Ἄκρον, βιῶν τε σοὶ γένοιτο πράττων καλῶς.
Κεχρημένοις δ᾽ ἀνδράσιν εἶν ὀνασίμοις.
Ἐπιδεξίοις τε σήμασιν ἀστράπταις φανείς.
Μέσφ᾽ ἐν τοσούτῳ Λευκονοτὰς ἄλλος χρόνος
Αὖθις παρέλθῃ, κἀυτὸς ἐντιμίας νόμον,
Σέθεν ζαωτέροιο, καὶ πλείους βροτοῖς
Κακῶν φυγὰς φρένεσσι συμπεφρασμένους
Αἴζαιμι δεύτερον Ἐννεαδεκετηρικόν.

ΛΕΩΝ Ο ΑΛΛΑΤΙΟΣ ἐποίει.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ
ΠΕΡΙ ΑΠΙΣΤΩΝ
HERACLITI,
De Incredibilibus.

LEONE ALLATIO INTERPRETE.

Περὶ Μεδούσης α'.

Φασὶ ταύτην ἀπολιθοῦν τοὺς θεασαμένους αὐτήν, καὶ Περσέως ἀποτεμόντος αὐτῆς τὴν κεφαλήν, ἐξελθεῖν ἵππον πτερωτόν. ἔχει δὲ οὕτως. αὕτη ἑταίρα καλὴ ἐγένετο, ὡς τὸν ἰδόντα αὐτὴν ἔκπληκτον γενόμενον, οἷον ἀπολιθοῦσθαι. λέγομεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ἰδὼν αὐτὴν ἀπολιθωθῆναι. παραγενομένου δὲ Περσέως ἐν ἔρωτι γενομένη, τά, τε

De Meduſa I.

Hanc tradunt viſam homines in ſaxa conuertere; ei Perſeum eripuiſſe caput collo, indeque pennatum Pegaſum exilijſſe. Res verò ita ſe habet. Meduſa bella meretrix fuit, adeo, vt quìcunq; aſpiceret, quaſi in ſilicem verſus ſtuperet. Noſque ſimili fandi modo dicimus, Videns eam in ſaxum induruit. Sed aduentu Perſei amore exardens, rem familiarem ab-

alios ille antea patrarat, hoc tum neſcius ſubit, & patitur. Narciſſus ex fonte formam hauriebat; ſitienſque Narciſſus aquis non expletur. Narciſſus vndis ſuperſtabat, & Narciſſus ſub fonte alius ſpectabatur; deſuper ridebat Narciſſus, infraque rurſum pulchritudo riſum reddebat. Hæc vtriſque omnia tamquam in ſpeculo in fonte elucebant: admirationem nihilominùs ciebat apparentis diuerſitas; oculi in aſpectum fixi, formoſitatem fonti inſtillabant. Aquæ dicto citiùs profluebant, ſed quod ex oculis effluxerat, vndis loco ſtare neſcientibus fixum permanebat. Propterea que amor ardentiùs

ἔρως θερμότερον ἐπέζεσεν τοῦ Ναρκίσσου. ὁ δὲ μὴ φέρων τὸ πῦρ, ἐπαφῆκεν ἑαυτὸν τοῖς ῥεύμασιν, ὡς ἂν καὶ τὸν δοκοῦντα περιπτύξαιτο Νάρκισσον, καὶ τὴν ἔρωτος πυρκαϊὰν ἀποσβέσειεν. ἀλλ' ἡ τῶν ὑδάτων φύσις αὐτοῦ κάλλει τὸν ἔρωτα ξυναπέσβεσε, τῷ ζῶντι Ναρκίσσῳ καὶ τὸν δοκοῦντα συναποκρύψασα. οὐ μιμεῖται τὴν πηγὴν ἡ γῆ, ἀλλ' οἰκτείρει τὴν συμφορὰν, καὶ σοφίζεται τὴν μνήμην τοῦ πάθους, καὶ τοῦ καλοῦ μειρακίου καλὸν ἄνθος ἀντιχαρίζεται Ναρκίσσῳ, καὶ ἔρωτι. οὕτω καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν περίεστι Νάρκισσος, καὶ αὖθις οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον εἰς κάλλος ἀνθεῖ.

tius Narciſſum inuaſerat: ille, ignis impatiens, in vndas ſe præcipitat, vt & viſum amplecteretur Narciſſum, & diras cupidinis flāmas extingueret. Vndæ vnà cum forma amorem extinxerunt, ſimul cum viuente Narciſſo effictum occultantes. Non æmulatur fontem terra, ſed infortunium miſerata, memoriam rei quàm longiſſimam molitur, & pulchri adoleſcentuli pulchrum floré, Narciſſo, atq; Amori gratiam repoſuit. Sic & poſt obitum ſuperſtes eſt Narciſſus, rurſumque, non minùs quàm antea, pulchritudine floret.

De

Τὸ κατὰ τὸν Πολύδωρον ιε'.

Δέος εἶχε ποτὲ καὶ τὴν Τροίαν πιέζειν, καὶ Πρίαμος τὴν ἅλωσιν ἐμαντεύετο, καὶ τὴν συμφορὰν ἐπιγνοὺς προνοεῖται τοῦ γένους, προμυθεῖται τῆς πόλεως, σωτηρίαν παιδὸς, καὶ χρυσοῦ φυλακὴν, καὶ φιλίαν Θρᾳκὸς πρὸς τὴν τύχην ὥσπερ ἀντισοφίζεται. ὁρᾷ τὸν τῶν παίδων χορὸν. καὶ τῶν μὲν τὴν ἀκμὴν τοῖς Ἕλλησιν ἀνθιστᾷ, καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν τύχην μερίζεται. Πολυδώρου δὲ τὸ τῆς ἡλικίας ἀπόμαχον ἀποσπᾷ μὲν τοῦ πολέμου, ἐγχειρίζει δὲ Πολυμήστορι, καὶ πρὸς τὴν ἐπιοῦσαν τύχην παῖδα, καὶ χρυσὸν ταμιεύεται. ἵν' ὕστερον καὶ Ἴλιος ἔχῃ τὸν ἀνορθώσοντα, καὶ

De Polydoro 15.

EXcindendam quãdoque Troiam timor inuaſerat, excidiumq; Priamus præſagiebat, calamitateque cognita generi cauet, Vrbi prouidet. Salutem filij, & cuſtodiam auri, & Thracis amicitiam contra fortunæ tela prudens opponit. Chorum filiorũ examinat, & quibus vis inerat, & robur, ad Græcos oppugnandos armat, & ad fluctuantem iam rerum ſtatum diuidit. Polydorum tenella ętas, & pugnæ ineundæ incommoda à bello abripit, quem Polymeſtori, ad futuros rerum euentus, filium, aurumque reſeruãs, tradit; vt poſtmodum Ilium haberet inſtauratorem, re-

liquiæq;

τὸ λοιπὸν τοῦ γένους τὸν ζωπυρήσοντα. δέχεται τὸν παῖδα ὁ Θρᾷξ· ὑποδέχεται καὶ τὸν χρυσόν, καὶ τὸ τῆς μάχης ἀστάθμητον ὑφορώμενος ἀπέχει τέως τῆς γνώμης τὸ βάρβαρον. ὑποκρύπτεται τὸ φιλόχρυσον. σχηματίζεται τὸ φιλόφιλον. τοιοῦτον γάρ τοι χρῆμα βάρβαρος, καὶ τὴν δειλίαν οἰκονομοῦσιν, ἔνθα πεφόβηνται, καὶ τὸν φίλον πλάττονται, ἔνθα τὸ φανερῶς λυπεῖν οὐκ ηὐπόρησεν. ὡς γοῦν ἡ τύχη μετὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων τοῦ Πριάμου ἐπέθετο, καὶ ὁ Πολυμήστωρ αὐτοῦ ξυνεπιτίθεται. καὶ κτείνει μὲν τὸν Πολύδωρον, καὶ τὸ σῶμα νεκρὸν ἐναφῆκε πελάγιον· προσαφαιρεῖται δὲ τὸν χρυσόν, καὶ παρανομεῖ τῆς φιλίας τριπλάσια, μήτε πλειόν-

liquiæq; generis præſidium. Excipit puerum Thrax, vnàque cum puero aurum, bellique euentus varios animo verſans, ſententiam interim retardat, occultat auaritiam, amicitiam ſimulat. Sic enim nati ſunt barbari; vbi metus adeſt, ſe metui aptant; amicumque fingunt, vbi palàm nocere facultatẽ non habent. Vt verò fortuna ſimul cum Græcis Priamum præcipitem egiſſet, Polymeſtor quoque concurſu calamitatũ affectum, malis opprimit; & primùm quidem Polydorum trucidat, eiusq; cadauer pelago commendat; poſtmodum aurum vſurpat, & triplici modo in amicitiam iniurius delinquit, neque

τὸ δὲ παῖδα οἰκτείρας, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν οὐ φεισάμενος, καὶ χρυσοῦ μελετήσας ἀφαίρεσιν, οὗ τὴν φυλακὴν ἐπιστεύετο. ἀλλ' ὅθεν ἠδίκει τὸν Φίλιον, ἐκεῖθεν αὖθις τὴν δίκην ἀπέτισε. χρυσὸς ἐκεῖνον ἀδικεῖν ἐδελέασε, χρυσὸς καὶ πάλιν εἰς τὸ παθεῖν ὑπηγάγετο. ἔγνω δὲ τοῦ Θρᾳκὸς δόλον ἡ μήτηρ. ἐπέγνω τὸν τοῦ παιδὸς φόνον, καὶ μηχανᾶται τὴν ἄμυναν. χρυσὸν καὶ πάλιν προβάλλεται. καὶ πιστεύει δῆθεν, ᾧ πάλαι καὶ χρυσὸν, καὶ παῖδα ἐπίστευσεν. πείθεται τούτοις ὁ Θρᾷξ. οὐχ ὑποπτεύει τὴν ἐπιβουλήν. θαρρεῖ τὴν Ἑκάβην. εἴσεισι τὴν σκηνὴν, καὶ θήραμα γίνεται γυναι-

que ſuperſtitis pueri commiſeratus; neque patrata nece, ab iniuria ferenda cadaueri abſtinens; & auri, cuius cuſtodiam in ſe receperat, occupationem meditatus. Veruntamen in quibus ille Iouis hoſpitalis iura violauerat, in ijſdem pœnas perſoluit. Aurum illum ad iniuriam inferendam pellexit, aurum quoque ſubtraxit ad pœnas. Mater dolum Thracis agnouerat, filijque cædem acceperat, & meditatur vindictam. Rurſum proponit aurũ, & fidei ſcilicet illius committit, cui iam antea & aurum, & filium commiſerat. Thrax verbis huiuſcemodi fretus, fraudem non ſuſpicatur, & fidei Hecubæ ſe concredens, introit tabernaculum, & pecunia-

κῶν, καὶ χρημάτων ἐλπίσιν ἁλώσιμος. οἷς μὲν γὰρ ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς εἶδε χρυσὸν, τούτοις δικαίως τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοὺς ἐξορύττεται. οἷς δὲ τοῦ παιδὸς ἀπανθρώπως Ἑκάβην ἐστέρησε, τούτοις εἰκότως καὶ παίδων πρὸς Ἑκάβης αὐτὸς ἀπεστέρητο.

cuniarum potiundi ſpe inflammatus, in poteſtatem mulierũ venit. Adeòque quibus iniuſtè aurũ oculis conſpexerat, iuſtè ſpoliatur: & quibus ipſe Hecubam contra ius, faſq; priuauerat, iiſdem nec immeritò vnà cũ filijs ipſe ab Hecuba priuatur.



Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Ἰωσὴφ ὑπὸ τῆς Αἰγυπτίας γυναικὸς κατηγορηθεὶς, καὶ εἰς εἱρκτὴν ἐμβληθείς. α΄.

Quoſnam ſermones habuiſſe putetur Ioſeph, ab Aegyptia muliere accuſatus, traditusq; carceri. I.

Ὦς ἐπὶ δυστυχίᾳ γεγένημαι. καὶ μηδὲν ἀδικῶν, δοῦλος γίνομαι, καὶ σωφρονῶν παρὰ τούτῳ κολάζομαι. ἐπ' ἐμοὶ καὶ χορὸς ἀδελφῶν τὴν φύσιν ἐψεύσατο. καὶ δεσπότις γυνὴ τὰ σωφρόνων γυναικῶν οὐκ ἐτήρησεν. καὶ φθόνος με καθεῖλεν ἀδελφῶν πρότερον, καὶ νῦν αὖθις ἔρως κατεστρατήγησεν. ἀπόλωλα καὶ φόνῳ, καὶ ἔρωτι. ὢ δυστυχὴς ἐγὼ, καὶ μισούμενος, καὶ φιλούμενος. ἦν μοι πατὴρ

QVantum ſuſtineo malorum! an nõn ad infortunia natus ſum? miſer. qui licet nulli iniuriã intulerim, ſeruitute tamen premor, & caſtimoniæ addictus, ob hanc eandẽ, quam exoſculor, punior. erga me & fratrum cœtus ſanguinem ementitus eſt, & mulier Domina caſtarum mulierum iura violauit. Inuidia fratrum antea me de dignitate diſiecit, & nunc rurſum amor debellat. & cæde, & amore occidi. me miſerum! ſiue odio, ſiue amori obnoxius ſum. Erat mihi pater

εὐδαίμων, καὶ πλῆθος ἀδελφῶν, καὶ πάντα λαμπρά. ἐμοὶ παρὰ τοὺς ἄλλους προσεῖχε τὸν νοῦν ὁ πατήρ. ἐμοὶ καὶ τὰς χρηστοτέρας τῶν ἐλπίδων ἐσάλευεν. ἐπὶ τούτοις μέγας ἐγὼ τὰ ἐνύπνια. καὶ γίνομαι λαμπρὸς ὄναρ, ὃν ὕπαρ εἰς δουλείαν φθόνος κατήνεγκατο. ἔχαιρον ὑφ' ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ προσκυνούμενος. ἤκουσα καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων δεσπότης. θέρους αὖθις ἐδόκει καιρὸς καὶ τοὐμὸν δράγμα πάνθ' ὁπόσα καὶ δεσπότης πρὸς δούλων τοῖς τῶν ἀδελφῶν εἶχε δράγμασι. ταῦτα τοὺς ἀδελφοὺς εἰς φθόνον ἐξέκαυσεν. ἀπὸ τούτων τὸ τοῦ γένους ἐλευθέριον ἐγὼ παρῄρημαι. ἐντεῦθεν ἔπιον τοῦ Νείλου. εἶδον τὴν Αἴγυπτον. ἐπέγνων

ter felix, & fratrum copia, & diuitiæ præ omnibus luculentæ: mihi animũ præ alijs pater aduerterat: de me ſpem, eamq; optimã conceperat: prætereaque in aperiendis ipſe inſomnijs magnus; fioq; per quietem celebris, quem inter vigilandum inuidia in ſeruitutẽ adduxit: lætabar à Sole, Lunaq; adoratus; aliarum quoque ſtellarum Dominus nuncupatus ſum. Veris rurſus tempus videbatur, & meus manipulus, quæcunque Dominus erga ſeruos, in fratrum manipulos exercebat. Hæc fratres in odium inflammarunt; ipſeque generis libertate ſpolior. Hinc aquas Nili deguſto, Ægyptum teneo, ſeruorum penſum accuraui, in-

τὰ δούλων ἔργα, καὶ τὸ
δυστύχημα ἔφερον. ἀλλ'
ὢ τῆς μετέπειτα ἐπηρείας.
ὢ τοῦ δευτέρου κλύδωνος,
ὅν μοι τὸ κάλλος ἐπέ-
γειρεν. ἐλάνθανον ἐπὶ
τοῦ προσώπου φέρων τοῦ
κακοῦ τὴν ἀρχήν. ἠγνόουν
ὡς καὶ σωφρονῶν τις κολά-
ζεται. δεσπότιν ἔλα-
χον ἀκόλαστον γυναῖκα.
ἔδοξα τὴν ὄψιν καλὸς.
ἐθαυμαζόμην τὴν ὥραν.
ἡ δὲ ἀλλ' εἶδεν, ἐθαύ-
μασεν, καὶ τὴν θέαν οὐ
μέχρι θαύματος ἔστη-
σεν· ἀλλ' ἔπαθε πρὸς
ἔρωτα, καὶ τῇ γνώμῃ
δουλεύειν οὐκ ᾐσχύνετο,
δεσπότις οὖσα τοῦ σώ-
ματι. εἰς πειθὼ τὸ πρῶ-
τον ἔβλεψεν, ἐγὼ δ' οὐκ
ἐπένευσα. ὁπλίζεται λοι-
πὸν εἰς ἀναίδειαν. ἐ-

fortunioque haud deſpondi animum. Sed heu rerum vices! heu alteram ſubſecutam tempeſtatem, quam mihi formoſitas concitauit! in vultu malorum principiũ imprudens comportabam. pudoris, ac caſtimoniæ participes pœnis ſubdi neſciebam. Incontinentem mulierculam dominam habui; decorus ſpecie viſus, propter pulchritudinem in admiratione habitus ſum. Veruntamen illa vidit, demiratur, neque admiratione tenus curioſos oculos coniecit, ſed amore ſaucia voluntariam ſeruitutem, licet domina eſſet, ſuo præſtare corpori non verebatur. & primùm quidem ad ſuadendum animum conuertit, cui ipſe non intendebam: armatur poſtmodum ad impu-

εἵλκετό μου τὸ χιτώνιον, ἐγὼ δ' ἀντέτεινον. καὶ ἦν ἀγὼν ἔρωτος ἀκολάστου, καὶ γνώμης σώφρονος. ἡ μὲν ἤρα τοῦ σώματος ὥρας, ἐγὼ δὲ τῆς ψυχῆς κάλλους. ἀλλὰ τό γε μὲν ἐκράτησεν ἔρως ὁ ἐμός. καὶ τὸ χιτώνιον ἀποδὺς εὐθὺς ἀπεπήδησα. ὁ δὲ λοιπὸς ἐκεῖνος ἔρως ἀγανακτεῖ τὴν ἧτταν. ἐπιστρατεύει τὸ δεύτερον, καὶ τῆς βίας λάφυρον ἐπαιρόμενος τὸ χιτώνιον συγκροτεῖ περὶ ἐπιβουλὴν πόλεμον ἕτερον. ἀναστρέφει τὰ πεπραγμένα, καὶ βίαν ἐπικαλεῖ· καὶ γνώμην ἀκόλαστον, τῷ σώφρονι, τῷ βεβιασμένῳ, τῷ πεπονθότι. προσεπιδείκνυσι· καὶ σύμβολον, ἅπερ εἶχω περὶ

pudentiam, arreptaque veſte attrahit; ego obnitebar; certabantque inter ſe impudicus amor, & mens pudica: corporis illa formam, ego animi formoſitatem deperibam. Tandem verò amor meus palmarium aſſecutus eſt: exutaq; veſte ſtatim exilij: atqui reliquus amor meæ impatiens victoriæ, ſecundò mihi machinam admouet, & violentiæ ſpolium veſtem referens, alium ex inſidijs in me producit exercitum: rebuſque geſtis inuerſis, de vi in iudicium vocat, & mentem impudicam, pudico, violentiam paſſo, & plura toleranti appingit; &, quod ipſe caſtimoniæ ſignum reliqueram, arguit illa improbitatis. Hinc vinculis adſtrictus deducor in carcerem, &

σωφροσύνην ἀπέλιπον,
ἐπὶ τούτοις δεσμώτης γί-
νομαι. καὶ νῦν τὰ τῶν
κακούργων ὑπέχω, μη-
δὲν κακουργίας μεταλη-
φώς, καὶ δίκας, ὧν οὐ πε-
πονήρευμαι, δίδωμι.
Ὦ φθόνε, καὶ δουλεία,
καὶ ἔρως, καὶ εἱρκτὴ, καὶ
πάντα παράλογα. ἔρως
ἐπ᾽ ἐμοὶ ταῦτα φθόνῳ
δεδύνηται. καὶ πάνθ᾽
ὁπόσα φθονούμενος πρό-
τερον, ταῦτα καὶ νῦν ἐρώ-
μενος δεδυστύχηκα. καὶ
φθόνος ἀδελφῶν ἀφείλε-
το μου τὴν ἐσθῆτα τὸ τότε,
καὶ νῦν γυναικὸς ἔρως
ἐγύμνωσε. λάκκος εἶχε
τότε τὸν μηδὲν ἀδική-
σαντα, καὶ νῦν εἱρκτὴ,
καὶ δεσμὸς τὸν μηδὲν
κακουργήσαντα. νικῶ σε
πάτερ τῆς συμφοραῖς, καὶ
τοῦτο μόνον δυστυχὴς εἴω.
φθόνον ἔπαθον συγγε-
νῶν: καὶ τοῦτο μόνον ἔχω

cùm nihil flagitij ad-
miſerim, improbo-
rùm mala ſuſtineo,
eorumq; pœnas luo,
quæ ipſe iniquè non
egeram. O inuidia,
& ſeruitus, & amor,
& carcer, reliquaque
omnia abſurda! in me
amor non diſimilia
inuidentiæ molitus
eſt; & quæcunque
priùs inuidia perpeſ-
ſus ſum, eadem &
nunc amatus miſerè
perpetior. Fratrum
inuidia veſtem mihi
tunc temporis abſtu-
lerat, & ea nũc mulie-
ris amore ſpolior. Pu-
teus me tum habebat
iniurium nemini, &
nunc carcer, ac com-
pedes nulli improbi-
tati, nulli aſtrictum
ſceleri. Calamitates
tuas iam ſupero, Pa-
ter; in hoc tantũ bea-
tus; inuidentiam mihi affinium ſubij, in

τῷ τεκόντι παρόμοιον· μᾶλλον μὲν οὖν ὑπερβαίνω καὶ τοῦτο τὸ μέρος. ὃ γὰρ ὑφ' ἑνὸς ἐκεῖνος ἅπαξ ἐδυστύχησε, τοῦτο πρὸς πολλῶν ἐγὼ πολλαπλάσιον. Ὦ λαμπροτάτων ἐνυπνίων ἐκείνων. ὦ προσκυνῶν ἥλιε, καὶ ἀστέρες ὑποκλινόμενοι, καὶ δουλεύοντα δράγματα, ὕπνος ἄρ' ἦτε σαφὴς, καὶ τῶν εἰσέπειτα κακῶν τούτων καταγέλως.

quo ſolùm parenti aſſimilor; immò hoc ipſo etiam vinco Patrem: quod enim ille ab vno vnum miſerè ſubierat, hoc ego à multis patior multis modis. O' præclara illa inſomnia! ò Sol adorans, & ſtellæ inclinatæ, & ſeruientes manipuli, ſomnus planè eratis, & nugæ; & ſubſecutorum poſtmodum horum infortuniorum irriſio.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Ἰωσὴφ τῆς εἱρκτῆς ἐκβληθεὶς, καὶ κρίνας τοῦ βασιλέως τοὺς ὀνείρους, καὶ τὴν ὅλην Αἴγυπτον οἰκονομεῖν ἐγχειρισθεὶς. β'.

Quænam verba protuliſſe coniectetur Ioſeph, eductus è carcere, & poſt diiudicata Regi inſomnia, totius Ægypti principatu potitus. 2.

ΟΥ'κ ἦν ἄρα τὸ δίκαιον ἀπολιπεῖν, οὐδ' εἰς τὸ παντελὲς κατηγορίαν ἰσχῦσαι, καὶ φθόνον

HAud fieri poterat, vt iuſtitia locum aliquandò ſuum non haberet; & omninò;

ἄδικον. φθόνος με τὰ πρῶτα ἐξωπιλατεῖ· γένους ὑπερορίζει καὶ ἑστίας, γένους ἀπέχθεια, μῖσος ἐφέστιον. ἔπειτα πάλιν ἔρως ἐπιστρατεύει, καὶ δεσμώτην εἷλεν ἐπιβουλῇ γυναικός, ὃν ἔρως ἑλεῖν οὐκ ἴσχυσε δέσμιον. οὕτως ἐδυστύχουν εἰς τὰ ἀνέλπιστα. ἐπὶ τούτοις ἔμελλον τὴν δίκην· προκαλούμην σύμμαχον τὴν ἀλήθειαν. Θεὸν ἐπευχόμην τὸν πάτριον· ὁ δ' οὐκ ἐμέλλησεν, ἀλλ' ἧκεν, ἐπήμυνε, καὶ τῆς σωφροσύνης ἠμείψατο. καὶ νῦν οὐκέτι δοῦλος ἐγώ, καὶ τὰ κακούργων ἐκπέφευγα. ὢ πάντα μοι φανέντα παράλογα,

omneq; in æuum accuſatio; iniuſtaq; inuidentia robur ſeruaret interruptum: propter inuidentiam primùm errans patria careo. è genere, ſociſque propter generis odia, domeſticaſque inimicitias truſus exterminor: poſteaque Amore inſectante, quem nunquam vinculis alligare ille ſuis potuit, ex inſidijs mulieris captus perſtringor. Hac ipſe ratione pręter expectationem omnem miſer eram, infortunatusq; iuſtitiam perinde expectabam; adiutricem mihi veritatem aduocabam, Deumq; exorabam patrium, qui pulſa mora, ociùs venit, auxilium tulit, caſtimoniamque gratiſſimo præmio remunerauit. Et nunc nulli ſeruituti ſubiectus, maleficorum quoque pœnas euaſi. Mihi omnia longè ſecus, atque opinabar, euenerant; & in-

καὶ φθόνος πρώην οὐκ ἐλ- | & inſperata priùs in-
πιζόμενος, καὶ δεσμὸς, | uidentia; & vincula,
οἷς ἐσωφρόνουν, μὴ προσ- | quòd pudorem, ac
δοκωμένοις, καὶ νῦν φῶς | pudicitiã colui, inex-
ἐλεύθερον, καὶ κακῶν ἀ- | pectata; & nunc lu-
παλλαγὴ, καὶ λύσις δεσ- | men liberum, malo-
μῶν. ὡς καλὸν καὶ τὸ | rum deuitatio, & vin-
τῆς σωφροσύνης φυτὸν, καὶ | culorũ ſolutio. Quàm
καλοὺς τοῖς δρεπομένοις | decora eſt Pudicitiæ
ἀποδίδωσι τοὺς καρπούς. | planta! quàm amplis
οὐκ ᾔσχυνε τὸν ἑαυτῆς ἐ- | præmijs ſui partici-
ραστὴν ἐμέ. οὐ προὔδω- | pes afficit! Sui me
κεν. οὐδ' ἡ ταύτης ἀδελ- | amatorem non con-
φὴ Δίκη τὸν οὕτω πα- | fudit; non prodidit,
θόντα τὰ ἀδικώτατα. | neque eiuſdem ſoror
ἀλλ' ἧκεν ὀψὲ μὲν, καὶ | Iuſtitia, iniuſtiſſima
μετὰ πολλοὺς τοὺς κιν- | indignis modis per-
δύνους, ἀλλ' ἀπέδωκε | peſſum. Et quamquã
πάντα σὺν τόκῳ, καὶ τὰς | ſerò, poſt multa ta-
ἐλπίδας ὁ πολὺς οὐκ | men acceſſit diſcri-
ἀπήγαγε χρόνος. ἐξεί- | mina, omniaque cum
λετο δεσμόν. συνεξεί- | fœnore reſtituit. nec
λετο δουλείας. σοφίας | ſpem longi decurſus
ἐνέπλησε. βασιλεῦσιν | temporis fefellit, li-
ἐπέδειξε. καὶ τὸ δὴ μεῖ- | liberauit à vinculis,
ζον, ὅλην Αἴγυπτον ἐ- | vnàque cum illis ſer-

uitutem pepulit, abũ-
dè ſapientia inſtruxit, Regibus manifeſtauit,
tandemque vniuerſam mibi elargitur Ægy-
ptum.

χαρίζατο. τοῦτο νῦν ἔχω τοῦ φθόνου τόκον, καὶ τῆς εἱρκτῆς· καὶ τὴν δίκην τῆς μακρᾶς ἀναβολῆς ἐκείνης οὐ μέμφομαι. τίς εἶδέ ποτε τηλικαύτην τύχης καινοτομίαν; τίς ἤκουσεν ἐπιπλοκὴν πραγμάτων οὕτως ἀνέλπιστον; οὐκ ᾔδειν ἐξ ἐναντίων τἀναντία καρπούμενος. ὅτε καλῶς ἔχειν ἐδόκουν, τὰ δεινότατα ἔπασχον. καὶ φαινομένων κακῶν κερδαίνων ἐλάνθανον, καὶ ῥόδα μέλλων τρυγᾶν ἐξ ἀκανθῶν οὐκ ἐγίνωσκον. κατεκρινόμην δουλείαν, ὅτε βιοῦν ἐδόκουν τὰ ἐλευθέρια. καὶ νῦν ὅτε μηδ' ἐλπὶς ἐλευθέρας τροφῆς ὑπελείπετο, τὴν φίλην ἐλευθερίαν αὖθις ἀπέλαβον. Ἐδυστύχουν τὰ [illegible]

ptum. Hic mihi inuidentiæ, & carceris quæſtus eſt. iuſtitiamque ob longam illam temporis dilationem nullus incuſo. Quis vnquam vidit ſimilia fortunæ mõſtra? quis tantas præter expectationem rerum vices audijt? Neſciebam me mihi ex contrarijs contraria comparare: cùm proſpera vti fortuna videbar, rei meæ infortunium peperi, & ruinis impendentibus, clanculum mihi vtilitates erumpebant; & roſas meſſurus, eas mihi è ſpinis metendas eſſe nõ dignoſcebam: in ſeruitutem condemnabar, cum mihi videbar vitam agere liberam; & nunc, cùm nullius vſpiam liberi victus ſpes relinquebatur, amicam rurſus conſequor libertatem: cum maleficis mala

na-

κακέργων, ὅτε μηδὲν ἠδίκουν. καὶ νῦν ὅτε κακουργεῖν ἐκεινόμην, τῆς εἱρκτῆς, καὶ τῶν δεσμῶν ἠλευθέρωμαι. Ὦ σὺ τότε συνδεσμῶτα, καὶ ταυτὰ δυστυχῶν, καὶ νῦν τὰ μεγάλα συνευτυχῶν, ἱκανῶς με τῆς σοφίας ἠμείψω. πρέπουσαν τὴν χάριν ἀπέδωκας. ἔλυσας δεσμῶν τὸν περὶ τῆς σοὶ τὴν λύσιν ἐπαγγειλάμενον. ἄμφω τῆς εἱρκτῆς συμμετέχομεν. ἄμφω καὶ νῦν τῶν βασιλείων συμμετεσχήκαμεν. ἀλλ' ὦ τῶν ἐνυπνίων ἐκείνων. ἃ σὺ μὲν προὔτεινες, ἐγὼ δ' ὑπέλυον. ὦ τῶν ἐπὶ τούτοις λαμπροτέρων, ἃ βασιλεὺς μὲν προὔβαλλετο, ἐγὼ δὲ ταῦτα σαφὲς ὑπέπτησον. ὡς ἦν ἄρα καὶ πάλιν

nactus ſum, quando nulli iniurius eram; & nunc, cùm perditè patrare iudicor, carcere, & vinculis ſoluor. O' tu vnà mecum tum vincte, & iiſdē oppreſſe infortunijs; nunc verò cui tot vnà mecum congruerunt commoda, ſatis abundè me pro ſapientia remuneraſti, parem mihi gratiam retuliſti: qui tibi libertatem à vinculis antea promiſerat; eum è vinculis liberaſti. Ambo carcerem participauimus, ambobus nunc & regia communicatur, O' inſomnia illa, quæ tu proponebas, ipſe iterpretabar! O' poſt iam dicta, ſplendiora alia, quæ Rex enarrabat, ego plana interpretatione explicabam! Par erat igitur, rurſum ſomnijs libertatem ſibi vindi-

ἐνυπνίοις τὴν ἐλευθερίαν κομίζασθαι, τὸν χθὲς ἐνυπνίων ὑπὸ φθόνου δουλαγωγηθέντα. ἐξ ὀνειράτων δοῦλος εἶδον τὴν Αἴγυπτον, ἐξ ὀνειράτων καὶ νῦν Αἰγυπτίων ἐκράτησα. ἥκουσιν οἱ τῶν βοῶν πίονες, οἱ τῶν ἐνιαυτῶν εὐφορώτατοι. τοῦτον ἐγὼ τὸν χρόνον καλῶς διαθήσομαι. ὅλον ἀποταμιεύσω τὸν σῖτον. εἰς μάτην οὐδὲν ἀναλώσομαι. ἥκουσι μετ᾽ οὐ πολὺ καὶ βόες ἰσχνοὶ τὰ σώματα. χρόνος ἕτερος παρ᾽ ᾧ λιμὸν ἐπαπειλεῖ τὰ ἐνύπνια. καὶ σιτοδοτήσω, καὶ θρέψω τὴν Αἴγυπτον εἰς καλὸν τῆς προτέραις εὐφορίαις ἀποχρησάμενος. μᾶλλον μὲν οὖν κοινὸν ἔσται πρὸς πᾶσαν γῆν τὸ κακὸν, καὶ τὰ τῆς σιτοδείας κοινώσομαι. τοῦτο ἦν ἄρα τὰ δράγματα.

care eum, qui inſomniorum cauſa in captiuitatem abductus fuerat: ob inſomnia ſeruus Ægyptum oculis vſurpaui; ob inſomnia nunc tandem Ægypto potior. iam boues pingues, anni adſunt fertiliſſimi. Hoc ego tempus cōmodè diſponam. meſſes ego immenſas in horreis condam, nihil conſumam temerè. Paucos poſt annos boues quoque corpore extenuati conuenient; tẽpus aliud, quo famem minantur inſomnia; tum frumentum diſtribuā, alam Ægyptum, prioribus fertilitatibus nō incommodè vſus. immò vniuerſum terrarum orbem malum iſthoc inuadet; & ipſe frumenti inopiæ occuram: Id ſcilicet

τοῦτο προσκυνῶν ἥλιος, καὶ ἀστέρες ὑποκλινόμενοι, ὅτι πᾶσαν δεῖ με θρέψαι τὴν ὑφήλιον, καὶ πάντες ἐφ' ὅσοις τὸ τῶν ἀστέρων προσπεσοῦνται σιτοδοτοῦντι, καὶ τῆς ἐμῆς οἰκονομίας δεήσονται, οἶμαι δὲ ὅτι καὶ αὐτοὺς ὄψομαι ἀδελφοὺς προσπίπτοντας ἐπὶ δράγμασι, καὶ θεάσονται δεσπότην, ὃν δοῦλον ἐνόμισαν. τούτους ἀστέρας ἐγὼ τίθεμαι τοὺς ἀπὸ Σάῤῥας, τοὺς ἐξ Ἀβραάμ. τούτων γὰρ καὶ Θεὸς ὑπὲρ τοὺς ἀστέρας πληθῦναι τὴν γονὴν ἐπηγγείλατο. καὶ γένοιτό μοι τοὺς ἀστέρας τούτους ἰδεῖν, καὶ προσεποψοίμην τὸν πατέρα τὸν ἥλιον.

erant manipuli. id Sol adorans, & ſtellæ ſe declinantes, quòd omnes me latè terras alere oportet; omneſque mihi frumentum elargienti ſtellarum inſtar procumbent, meæ omnino indigentes adminiſtrationis. Fratres me quoque viſurum puto ante manipulos concidentes, ipſique dominum aſpicient, quem addixerant ſeruituti. Stellas hos exiſtimo, qui ex Sarra orti, & Abraham: huic namque Deus ſtellarum inſtar poſteros multiplicandos promiſerat. Et vtinam ſtellas haſce videam, præque eis Patrem Solem aſpiciam!

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Δαυὶδ διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ μέλλων ἀποσφαγῆναι.

Quænam verba dicere potuerit David, cùm Saule perſequente, ipſe teneretur ab Allophylis, eſſetque iam neci tradendus. 3.

Εὖγε τῆς τῶν ὁμοφύλων ἀνοίας. εὖγε τῆς περὶ τὸν ἀριστέα προθέσεως. ὡς καλήν γε τῆς ἀριστείας ἀντιλαμβάνω δωρεάν. μετὰ τρόπαιον δραπετεύω. μετὰ νίκην ἐλαύνομαι. καὶ γίνεταί μοι πολέμου τελευτὴ μάχης δευτέρας ἀρχή. καὶ τὰ τῆς ἀριστείας εἰς φυγὴν ἀποτελευτᾷ. Γολιὰθ μὲν ἐκεῖνος Θεοῦ ζῶντος ἐξουδενίζων παράταξιν, συμπέπτωκε μετὰ καὶ τῶν αὐτοῦ Θεῶν, καὶ τὸ δὴ μεῖζον, οἷς ὡπλίσατο καθ' ἡμῶν, τούτοις παρ' ἡμῶν ἀπεσφάττετο, καὶ γέγο-

O Proximorum mihi genere dementiam! Euge, vt erga bellatorem, ac primatem ſtrenuum animis afficiuntur! vt me paribus, ac gratis muneribus pro dignitate facinorum remunerantur! Poſt trophæa in fugam agor. poſt victorias eijcior, belliquę exitus ſecundæ mihi pugnæ exordium fit; & præclara facinora in fugam finiunt. Goliathus ille quidẽ Dei viui exercitum ludificatus, vnà cum ſuis Dijs excidium ſubijt. &, quod admiratione dignum, quibus ille nobiſcum prælium committe-

Q bat

ϑεν ἔργον μαχαίραις μὲν τῆς αὐτοῦ, δεξιᾶς δὲ ταυτησὶ τῆς ἐμῆς. τὸ δ' ἄλλο πᾶν ὅσον ἀπερίτμητον ὤχετο. τίνα γοῦν μοι τὰ γέρα; τίνες αἱ τῶν τροπαίων ἀμοιβαί; ὁμόφυλος μάχη μετὰ μάχην ἀλλοφύλων, οἰκείων φυγὴ μετὰ φυγὴν δυσμενῶν· πόλεμον ἐκράτησα γνωριζόμενον, καὶ φεύγω πόλεμον ἄλλον ἀνέλπιστον, ὃν οὔτε κρατεῖν εὐσεβῶς, τὸ γὰρ δυσμεναίνειν ὁμόφυλον, οὔτ' αὖθις ἁλίσκεσθαι δίκαιον· τὸ γὰρ ἐξ ὁμοφύλων πεσεῖν οὐ καλόν. τί ταῦτα Σαοὺλ; διώκεις, ὃν ἐν ὅπλοις ἐθαύμαζες; ὃν εἰς γένος συνῆπτες, τοῦτον τοῦ γένους ἀποδιώ-

bat armatus. iiſdem à nobis ipſis interimitur, ſuoque ipſe ferro, ſed dextera configente mea, cadit, & vniuerſum incircumciſum reliquum agmẽ internecione deletũm eſt. Quæ igitur inde mihi munera? quæ trophęorũ hoſtimenta? pugna affinium erga me, poſt pugnam aduerſus exteros pugnatã, & poſt aduerſariorum fugam, noua conſanguineorum fuga expellor. bellum confeci notum, bellumque aliud inſperatũ propulſo. quod abſoluere haud pium fuerit. qui enim decertat, cùm eiuſdem generis ſit, indignum videtur capi. Nam à proprijs occumbere indecorum eſt. Quid hæc ô Saul? quem in armis admirabaris, perſequeris? quem in genus admiſeras tuum, hunc à genere dirimis, eijcis eum, à quo

priùs

στᾶς, ἀπηγαύνεις; ὑφ' οὗ τὸ πολέμιον πρότερον; μανίας ἔργα ταῦτα, καὶ πνεύματος πονηροῦ. ἤ που καὶ πάλιν μεμήνας; ἄγχει καὶ πάλιν ἄγχει σε τὸ δαιμόνιον; ἀπήλαται μεθ' ἡμῶν καὶ τὰ κρούματα, ὑφ' ὧν σοι τῆς ψυχῆς τὸ μαινόμενον ἐξεκρούετο· καὶ νῦν ἐπεισπηδᾷ σοι σφοδρότερον. ἐκείνου τοῦ πονηροῦ πνεύματος τοῦτον ἐγὼ κρίνω τὸν πόλεμον. ἐκεῖθεν εἶναι ταῦτα νομίζω τὰ τραύματα. ἐπλήττετο παρ' ἡμῶν τοῖς τῆς κιθάρας κρούμασιν. ἔφευγεν. ἐδραπέτευεν. ἤλαυε τῆς σῆς ψυχῆς ὥσπερ τινὸς οἰκίας ἀπελαυνόμενον. εἶτ' αὖθις παλιννοστεῖ, καὶ χεῖρα μανικὴν πρὸς μουσικὴν ἀνθοπλίσει δεξιάν· ἵν' ἢ πεσοῦμαι φεύγων, καὶ δίκην λήψομαι τῶν κρου-

priùs hoſtes eiecti ſunt. Inſanię hęc ſunt, & mali Dæmonis conatus. Num rurſus infurorem ageris? Num iterum te Dæmon fatigat, ac pręfocat? Vnà nobiſcum fidium pulſus propulſati ſunt, quibus animi tui inſania pellebatur; & nunc audentiùs irruit. Illius ego mali ſpiritus bellum hoc eſſe exiſtimo. inde hæc redintegrari vulnera contueor. Pulſibus citharæ percuſſus ille à nobis, fugam arripere, abripere ſeſe, tuoque ex animo, æquè ac è propria æde, pulſus angi. Sed eccum, actutum reuertitur, & inſaniens brachiū aduerſus muſicam dexteram armat; vt vel fugiens cadam, & pœnas luam modulan-

tium

μάτων, ἢ καὶ κρατήσω μαχόμενος, καὶ τὰ τῆς νίκης μεταπεσεῖταί μοι πρὸς ἀσέβειαν. ὡς ἐμοί γε κρεῖττον πεσεῖν, ἢ πρὸς ὁμοφύλους βάψαι τὸ δόρυ, καὶ ζοπλὼ τῆς ἀσεβείας λαχεῖν. ἀλλ' οἴμοι. τίνα τοῦτον ὁρῶ πόλεμον ἕτερον; ἐχθροὺς ὁμοφύλους ἐκπέφευγα, καὶ δυσμενέσιν ἀλλοφύλοις ἐμπέπτωκα. πόλεμος ἐπ' ἐμοὶ τίκτειν οἶδε πόλεμον, καὶ πόλεμον δυσμενῶν, ὁμοφύλων διαδέχεται πόλεμος, καὶ δυσμενεῖς ὁμοφύλους αὖθις ἄνδρες πολέμιοι. ἐγὼ καὶ νικῶν ἐλαύνομαι, καὶ φεύγων ἁλίσκομαι. τί δράσω; τί χρήσομαι; τοῖς παροῦσι μέσος πολεμίων ἕστηκα. ἤδη μου τὴν μορφὴν ὑποπτεύουσιν. ἤδη

tium pulſationum; vel bello dimicans rerum potiar, victoriaque in impietatem vertatur. Satiùs mihi fuerit, cadere, quàm in populares meos manus ac ferrum cruentare, indeque me fuge, reum impietatis, dedere. Sed væ mihi miſero! quodnam eſt hoc aliud bellum, quod cerno? hoſtes mihi genere coniunctos, declinaui, & in exteros aduerſarios incidi. bellum in me bellum generat, & hoſtium pugnam popularium pugna, & populares inimicos rurſum viri bellatores excipiunt. Ipſe & victoria potitus expellor, & fugiẽs intercipior. Quid agam? quo me vertam? in præſentia aduerſarijs cingor, iam formam meam ſuſpectam habent.

μου περιεργάζονται τὴν δεξιάν. ἀμήχανον τὸ κακόν. βάρβαρος ὄχλος Γολιαθ τοῦ πεσόντος ὑφ' ἡμῶν ὁπλίζεται, γένος ὅλον ὑπ' ἐμοῦ τὸν στρατηγὸν ἀφῃρημένοι, τηλικαύτην ἐν πολέμοις περικεκοσμημένοι δεξιάν. ἆρα δακρύσω; ἆρα τὴν συμφορὰν ἀποκλαύσομαι; προβαλοῦμαι νόμον πολέμου, καὶ συγγνώσονται; ὡς ἦν ἐν ὅπλοις ἀγών, καὶ δυσμενῆ βάλλειν ἐπὶ μάχῃ ἀφεῖται. νῦν δ' ἀλλ' ἱκέτης ἥκω, καὶ πέφηνα ξύμμαχος. ἀλλ' οὐκ οἶδε τὸ βάρβαρον σπένδεσθαι. ἀλλ' οὐκ οἶδεν ἱκεσίας αἰδῶ. οὐ πρὸς οἶκτον μαλάσσεται. εἰς οὐδέν μοι τοιγαροῦν πεσεῖται τὰ δάκρυα. γενναῖος εἶ, φήσουσι. δίκας ἡμῖν ὀφείλεις. πέπτωκεν ὑπὸ

bent. iam dexteram anxiùs conquirunt: irreparabile malum. barbara à nobis interempti Goliathi turba arma capiunt. gens integra ſuo per me Duce ſpoliata, in bello fortes dextera, & ſanè ſtrenui. Lacrymabor ne? num infortunium deplorabo? proponam bellicum ius, & veniam impetrabo? certamen in armis fuiſſe, in quibus aduerſarium cædere permittitur. Veruntamen nunc ſupplicans adſum, & fero ſuppetias: at gens barbara paciſci neſcia, ſupplicationis nullam reuerentiam nouit, neque ad miſericordiam trahitur. Fruſtra igitur lacrymas effundam. Generoſus es, dicent, pœnas nobis debes. per te Goliathus cæcidit, ca-

de

σοῦ Γολιάθ. πίστις καὶ σὺ παρὰ ἡμῶν· ἀλλ' ἄγε τῆς ἐπινοίας. ὀψὲ μὲν, συνῆκα δ' οὖν· μανίας προσωπεῖον ὑποδύσομαι, καὶ φρενῶν ἀποκεκινῆμαι παραφορὰν, καὶ σκηνοβατήσω τὸ μανικὸν. οὕτως οἶμαι τὸ τοῦ πάθους ὑπερβάλλον, καὶ τὸ βάρβαρον καταιδέσει, καὶ Σαοὺλ εἰς οἶκτον ἴσως ἐφέξεται· αἰδεσθήσεται γὰρ, εἰ δι' ἐκεῖνον αὐτὸς μέμηνα, δι' ὃν μεμηνὼς πέπαυται.

de & ipſe per nos. Sed ô benè excogitatam machinam! ſerò, attamen mihi in conſilio adſum, meliore mente. Laruam ipſemet furoris induam, mentis alienatæ inſaniam ſimulabo, & deliramentorum omne genus tanquam in ſcena, & theatro repræſentabo. Hac ratione, vt puto, perturbationis immanitas, & barbaros in verecundiam, & Saulem fortaſſe in miſericordiam pelliciet: rubore nanque ſuffundetur, ſi propter eum ipſe inſanij, per quem ille furens, ac demens à furore, ac dementia liberatur.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Δαυὶδ ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ διωκόμενος. δ'.

Quænam verba dixiſſe veroſimile ſit David, cùm eum Abſalon filius perſequeretur. 4.

ΟΥ'κ ἐπιλείπω καὶ βασιλείοις φυγα-

REgnum etiam obtinens, & authoritate

διδόμϑμος. καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς ἐδεραπέτδον, καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν αὖϑις ἐλαύνομαι. ὢ χρῆμα φϑόνου μεςὸν, καὶ πρὶν ἥκειν ὑποπτδόμϑμον, καὶ προσιὲν αὖϑις ζηλοτυπούμϑμον. ὢ παντοῖα παϑὼν ἐγὼ, καὶ πρὸς τοῦ γένους βαλλόμϑμος. οὐχ ἵςαται μοι τὰ τῆς ἐπιβουλῆς, ἀλλ' οἴκοϑεν ἔχω τὸν πόλεμον. ἀφ' ἑςίας βάλλομαι, καὶ φϑόνον Σαοὺλ ὕβρις παιδὸς διαδέχεται. ἔφυγον κηδεςὴν ἐπίβουλον, καὶ πρὸς παῖδα τύραννον αὖϑις ἐμπέπτωκα. ἀλλὰ τίς ἐςὶν ὁ πόλεμος; πόϑεν δὲ τῆς καινῆς ταύτης πείρας. αἰσϑάνομαι τοῦ κακοῦ προβάλλει μοι τὸ δεῖνόν. εἰς νοῦν λαμβάνω

ritate aulę communitus, non dum pedem ſiſto, ſed fugito. ante dominatum me in pedes conferebam, & rurſus poſt dominatum in fugam impellor. ó rem inuidentiæ plenam! rem, antequam aduenerit, ſuſpicioni, poſtquam acceſſerit, odijs, ac ęmulationibus obnoxiam! ó me iam perpeſſum omnia, & à cognatis etiam impetitum! adhuc mihi locantur inſidiæ, & domi bellum infertur: à focis ipſis petor, & Saulis inuidentiam iniuria filij excipit: affinem inſidias mihi parantem aufugi, & in filium tyrannum rurſum incidi. Sed vnde nam gliſcit hoc prælium? vnde hæc cum nouo periculo in me ipſo experior? Perſentiſco Numen eſſe, illud me malis affligit. & mente ca-

πόθεν μοι ταῦτα τῆς φυγῆς ἐπεψήφισται. αὐτὸς ἐμαυτῷ τὸν παῖδα ἐφώπλισα. δίκης ἔργα ταῦτα, καὶ θεόθεν ἐλαύνομαι. κατετρύφησα τῆς ἀρχῆς, καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀπήχθην παράλογον. εἶδον ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς. ἔπαθον εἰς ἔρωτα. παρέβην γάμων θεσμοὺς. ὑφειλόμην εὐνὴν μὴ προσήκουσαν. ἐπέθηκα τούτοις καὶ φόνον. ταῦτά με νῦν βάλλουσι. τοῖς ἐμοῖς ἁπλῶς ἁλίσκομαι. Ὦ δίκης βαρείας μὲν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πεπονθότος ἐχούσης τὴν ἀρχήν. γάμον ὕβρισα, καὶ πρὸς γάμου κολάζομαι. ὅθεν ἠδίκουν, ἐκεῖθεν καὶ πέπληγμαι. εἰς παιδὸς ἥμαρτον γένεσιν, καὶ παῖδα νῦν ἔχω τὸν δήμιον. καὶ πατὴρ εἰς παίδων

te capio, vndenam ad fugam cōdemnor. Ipſe mihi metipſi filium armaui. iuſtitiæ hæc opera ſunt: & à Deo pulſus eijcior. eluxuriatus ſum in dominatu. ad abſurdam voluptatem adactus ſum; iniquis oculis aſpexi; in amorem coniectus ſum, iura nuptiarum tranſgreſſus; torum indecens ſurripui, & his tandem cædem aggeſſi: Hæc me nunc confodiunt: meis ipſe, vt verum fatear, artibus capior. ò iuſtitiam grauem, ſed quæ à perpetiēte ipſo exordium habet. in nuptias iniurius à nuptijs punior; inde mihi plagæ infliguntur, in quibus deliqui: ob filij generationem culpam in me admiſi, & filius carnufex adeſt. & Pater in filij natalibus

γονὰς ἀδικῶν, ὑπὸ παι-
δὸς σωφρονίζομαι. πα-
ρέβην ὦ παῖ τὴν φύσιν
ἐγὼ. καὶ γίνῃ παρὰ
τὴν φύσιν αὐτὸς ἀδικώ-
τερος. πότερον ἐμαυτὸν
τῆς ἀτοπίας, ἢ τὸν παῖ-
δα τῆς παρανομίας ἀπο-
κλαύσομαι; ἐμιμήσω τὸν
τεκόντα ὦ παῖ τὰ μὴ
προσήκοντα. καὶ πατέρα
ἁμαρτόντα τιμωρῶν, ἁ-
μαρτάνεις διπλάσια, καὶ
μὴ προσήκουσαν ἀρχὴν
ὑφαιρούμενος, καὶ τὸν εἶναι
σοι δόντα μηκέτ' εἶναι βου-
λόμενος. ἆρ' οὖν εἰς τὰ
ὅπλα βλέψω; καὶ πο-
λέμῳ διακρινοῦμαι περὶ
τῆς ἀρχῆς; καὶ πῶς ἂν
ὑπεξέλθω τοῖς ἐμοῖς
σπλάγχνοις; οὐκ ἔχω
πῶς ἂν ἐπανατείνω τὸ
ξίφος κατὰ παιδός. αἰσχύ-
νομαι πατὴρ καλεῖσθαι
πολέμιος. φεύγων οἰχή-

iniquus, à filio compeſcitur. naturam ô Fili prætergreſſus ſũ; atque ipſe in naturam iniquior euadis. mene rem ob abſurdam, an ob impietatem filium ego deplorem? In his, quæ haud addecebant, Fili, Patrem æmulatus es. & Patrem culpæ compotem puniens, duplex ſcelus admittis, dominationem alienam deprædans, &, qui tibi, vt eſſes, præſtiterat, ille ne ſit, moliens. Ad arma ne igitur animum aduertam, pugnaque de principatu contendam? ſed quanam me ipſum ratione è viſceribus meis expediam? Aſt nulla mihi ſuppetit facultas, enſem in filij pectus redigendi. pudet me Patrem, & hoſtem dici: fugiens

σομαι. τῆς ἐρημίας κ̓ νῦν ὑπολήψομαι. οὕτως ἐγὼ περιεῖναι πειράζομαι. οὕτω τῷ παιδὶ πατροκτονίας ἀφορμὴν, καὶ παιδοκτονίας αὐτὸς οὐ δεχόμενος τρόπαια. εἰ δέ που δεήσει κ̓ μάχεσθαι, ἔχω τὸν στρατηγήσαντα. τοῦτον ἐπαφήσω τοῖς ὅπλοις, πρότερον, παρακελευσάμενος ὡς παῖδα ζωγρεῖν, κ̓ μὴ κτείνειν ὡς τύραννον. οὕτω καὶ Σαοὺλ ἐκεῖνον ὑπνοῦντα λαβὼν, ἐφεισάμην, οὐχ ὡς ἐχθρὸν ἀναιρῶν, ἀλλ' ὡς κηδεστὴν περιποιούμενος.

concedam aliò ab ædibus. deſerta nunc quoque obeam. ſic vitæ conſulam ipſe meæ. ſic parricidij filio anſam ſubtraham; nec mihi ob cædem filij trophæa erigam. Sicubi verò pugnæ opus fuerit, aderit copiarum ductor; huic prælij poteſtatem faciam, priùs illi dans in mandatis, vt eum, veluti Filium, viuum capiat, nec tamquam Tyrannum obtruncet. Non diſſimili ratione, & ipſe Sauli, edormienti illi, & à me comprehenſo, peperci; non vt hoſtem trucidans, ſed vt affinem in cuſtodelam recipiens, ac tutans.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Δαυὶδ ἐν σπηλαίῳ καταλαβὼν ἀφύλακτον ὑπνοῦντα τὸν Σαοὺλ, ὅτε ὑπ' αὐτοῦ ἐδιώκετο. ε'.

Quoſnam ſermones Dauid efformarit, cùm in ſpelunca Saulem incuſtoditum, atque edormientem comprehendiſſet, dudum Saule ipſum inſectante. 5.

Ἔχω σε τὸν διώκτην ὁ δραπέτης ἐγώ. ἔχω σε τὸν εἰς ἀναίρεσιν ἕτοιμον, εἰς τὸ παθεῖν ἑτοιμότερον. ὢ τῆς ἐκ Θεοῦ τῶν πραγμάτων ἐπιστροφῆς. ἀντέστραπταί σου τὸ βούλημα, καὶ ὃ δρᾶν ἠπείλεις, τοῦτο νῦν αὐτὸς πρόκεισαι. καὶ ὃν λάκκον ὤρυξας, εἰς τοῦτον ἐμπέπτωκας. διώκων ἑάλως, καὶ φεύγων κεκράτησαι. ὕπνῳ βέβλησαι, καὶ τὸ σῶμα μετὰ καὶ τῆς φυλακῆς καταβέβληται. κἂν εἰ βούλοιτό τις, ἄπονον τὸ θήραμα. εὐάλωτος ὁ πολέμιος.

TE perſecutorem fugitiuus ipſe teneo. teneo te ad occidendum paratum, paratiorem ad patiẽdum. O rebus ex Deo illatas viciſſitudines! Conditio tua immutata eſt, & quod alijs minabaris, illi nunc ipſe ſubiaces, & in foueam, quam ipſe effoderas, delapſus es. perſequens captus, & fugiens detentus es. ſomno irretiris, & corpus vnà cum cuſtodia deijcitur. & volenti abſque vllo diſcrimine venatio patet: & eſt qui capi poſſit aduerſarius.

μιος: κεῖται μὲν ὁ φυγαδεύων, ἄφρακτος τὴν δεξιὰν, ἀφύλακτος τὸ σῶμα. ὡς γε τοὺς δορυφόρους ὕπνος ἔτρεψατο, καὶ τὴν πολλὴν φυγὴν ἐκείνην διέλυσεν. ἐφέστηκα δὲ ὁ φυγάς, καὶ τὸ ξίφος ἐγγὺς, καὶ ἡ χεὶρ οὐκ ἄνοπλος. τί φὴς ὁ γενναῖος; διώκεις, ὃν ἐν σπηλαίῳ καθεῖρξας; ζητεῖς, ὃν ἔχεις ξυνέστιον; σὺ μὲν ἠπείλεις, ἐγὼ δὲ ἐπυνθανόμην τὰς ἀπειλῆς. σὺ μὲν ἐσκαιώρεις τὴν ἐπιβουλὴν, ἐμὲ δ' οὐκ ἐλάνθανε τὸ μηχάνημα. ἐμελέτας τὴν δίωξιν. καὶ ὀρῶν ἐφαντάζου τὰς κορυφὰς, καὶ τοὺς ὑψηλοτέρους περιεσκόπεις τῶν λόφων. ὁ δ' ἐγγύς που παρεδυόμην αὐτός. Ὦ Θεὲ πάτριε, εἰς χεῖρας ἔχων, ὃν ἐπόθει λαβεῖν οὐκ ἐγίνω-

Qui perſequebatur, iacet, inermis dextera, corpore incuſtoditus, cùm ſatellites ſomnus turbauerit, & immanem illam inſectationē repreſſerit. ipſe verò fugiens adſtiti. propè eſt enſis, & manus armata. Quid ais, ò ſtrenue? Quem in ſpelunca concluſeras, perſequeris? quem ſub eadem æde tenes, perſcrutaris? Tù quidem minabaris, minas ipſe audiebam. tu moliebaris inſidias, me verò technæ non latebant. inſectationem apparabas, montiumque meditabaris cacumina, & excelſiores rupes perſcrutabaris; ipſe verò propè memet in latebram cōijciebam. O' Deus patrie! præ manibus habens, quem capere co-

σκεν. ἀλλ' ἡ μὲν ἐφ' ἑνὸς τοῦ σπηλαίου, καὶ μία πέτρα φυγάδα, καὶ διώκτην ἐδέχετο. εἶθ' ὁ μὲν ὑπνώττει, καὶ πέπτωκε, καὶ φροῦδοι μὲν οἱ φύλακες, φροῦδα δὲ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς. καὶ μικροῦ δεῖν ὡς ἐκ πολιορκίας ἁλόντες τὸ παθεῖν οὐ δεδοίκαμεν. τίνες ἄρα σοι νῦν, ὦ Βασιλεῦ, περιβάλλουσιν ὄνειροι; ἄρα δοκεῖς ἔχειν ἐχόμενος; ἄρα νομίζεις ἁλίσκειν, αὐτὸς ἁλισκόμενος; τάχα που διώκεις καὶ κείμενος; ἐπισπεύδεις ἴσως τὴν καταδρομὴν, καὶ δεσμώτης ὕπνου γενόμενος; ἀλλ' ὦ κακοὶ φύλακες. ὦ δορυφόροι πρὸς ὕπνον διωκόμενοι· εἴθε μοι παρῆν, ἡδέως ἂν ὑμᾶς ἐκόλασα. τὸ γὰρ ἐφ' ὑμῖν, ἀφύλακτος ὁ Βασιλεὺς, καὶ

conabatur, capere minimè nouerat. ſub vna ſpelunca ambo eramus; & ſaxum vnum fugientem, & fugantem accipiebat. Sed hic ſomno correptus concidit, cuſtodeſque nulli ſunt, omneſque inſidiæ decollant, & licet obſidione intercepti, pati non metuimus. Quænam igitur nunc, ò Rex, ſomnia ſomnias? núm captus capere tibi videris? num interceptus ipſe, intercipere exiſtimas? num & cubans, inſequi intendis? irruptionem fortaſſe concitas vel ſomni vinculis captiuus? ſed, ò peruerſi cuſtodes! ò ſatellites ad ſomnum decliues! ſi facultas daretur, vtique vos quàm lubentiſſimè punirem; quod enim in vobis eſt, in cuſto-

ditus

προδέδοται. οὕτως ἐγὼ προδότας ὑμᾶς τίθημι. ἀλλ' ἐγώγε καὶ ὡς βασιλέα φυλάξω, καὶ ὡς μισοῦντα φυλάξομαι. κἂν γὰρ ὡς ἐλαύνοντα νομίζω πολέμιον, ἀλλ' ὡς χριστὸν Κυρίου σεβάζομαι, κἂν ὡς δυσμενοῦντα, μὴ στέργειν βιάζομαι, ἀλλ' ὡς κηδεστοῦ προέχομαι. φείδεσθέ μοι καὶ ὑμεῖς, ὦ συστρατιῶται, τοῦ βασιλέως, ὃν πολλάκις ἐδορυφορήσαμεν. μὴ νῦν τοῦτον ἀνέλωμεν. οὐ βούλομαι τυραννίδα συναναμίξαι μου τοῖς ἀριστεύμασι. μή μοι τὰ τρόπαια φόνῳ παρανόμῳ συγχεύητε, μηδὲ μετὰ Γολιὰθ καὶ χριστὸς Κυρίου τὴν ἐμὴν δεξιὰν αἰτιάσθω. Μωϋσῆν οἶδα νομοθέτην, καὶ νομοθετοῦντα Θεόν, ὑφ' οὗ νῦν

ditus. Rex proditur. ſic ego vos in proditorum ſorte colloco. Verùm ipſe & veluti Regem cuſtodiam, & tanquam ab oſore me cuſtodiam. Licet enim eum vt eijcientem, hoſtem exiſtimé, vt Domini vnctum, reuereor. licet vti odio me perſequentem cogar non diligere, vt tamem affini animum amanter intendo. Parcite & vos, ò commilitones, Regi, quem ſæpiùs ſatellitio ſtipauimus. Nè nunc eum occidamus. Nolo inter præclara mea facinora Tyrannidem locum habere. Trophæa mea cæde iniquà ne maculetis, neque poſt Goliathū vnctus Domini meam dexteram in iudicium vocato. Legumlatorem Moyſem noui, Deumque

legis

σέσωσμαι, ὡς καὶ βασιλέα πολέμιον χαρισώμεθα. φόνος ἅπας νόμοις ἀπείρηται. τὸ δὲ τῆς βασιλείας σεμνότερον καὶ τὸν φόνον ποιεῖται δεινότερον. ἀφαιρετέον μικρὸν καὶ τῆς χλαμύδος· περιαιρετέον τὶ καὶ τοῦ δόρατος, ὡς ἐγὼ τῆς πέτρας ἐξιόντι ταυτησὶ τὰ σύμβολα ἐπιδείξωμαι, καὶ κακίσω μὲν τοῦ ὕπνου τοὺς φύλακας, διηγήσομαι δὲ καὶ ὡς ἡμῖν εἴληπται, καὶ ὡς ἐφεισάμεθα δυσμεναίνοντος. ὁ

legis conditorem, à quo nunc ſeruor immunis, cui & Regem inimicū elargiamur. Cædes quælibet legibus interdicitur. At maieſtas regia grauiorem quoque efficit cædem: fruſtum è chlamyde detruncemus; aliquid ab haſta diſcerpamus; vt ipſi è petra hacce exeūti ſigna oſtendam, & reprehendam ob ſomnum cuſtodes, enarremque, vt eum deprehendimus, & vt ipſi, & ſi nos ille odio perſequeretur, pepercimus.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ἡ ἐξ Ἐδέσσης παρὰ τοῦ Γότθου ἀπατηθεῖσα κόρη. ϛʹ.

Quæ forte verba dixerit Edeſſena Puella, à Gottho milite deluſa. 6.

Ὡς ἄρα πιθανώτατόν τι χρῆμα γλῶσσα ψευδής, καὶ βάρβαρος γνώ-

QVàm blanda res eſt, quàm ad perſuadendum accómo-

μὴ τυραννικώτατον. ταῦτά μου τὴν παρθενίαν ἐσύλησε. ταῦτά μου τὴν παρθενίαν ἐσκύλευσεν. εἶχε μὲν γάρ μοι τὰ τῆς πατρίδος οὐκ ἀγαθῶς, καὶ κίνδυνος ἐπέκειτο κατὰ κεφαλῆς, καὶ ὅλον ἔθνος κατεπεκύκλου τὴν Ἔδεσαν, δουλαγωγῆσαι ταύτην βαρβαρικῶς φρυαττόμενον, ἔργον θέσθαι μαχαίρας, καὶ ἀφαιρέσθαι τὸ ἐλευθέριον· ἀλλ' ἧκε συμμαχικὸν ἀξιόχρεων ἀντιπαραταξόμενον πρὸς τὴν ἔφοδον. εἰ μὲν οὖν ὅλον ἐπίορκον, εἰ μὲν οὖν ὅλον βάρβαρον, ἐρωτόληπτον, οὐκ οἶδα, νὴ τὴν δουλείαν ταύτην, ἣν κατακέκριμαι. νὴ τὴν ἐλευθερίαν, ἣν ἀπολώλεκα. ὁ δέ γε Γότθος ὁ περὶ τὴν ἐμὴν οὐκ ἀγαθῷ ποδὶ φοιτήσας οἰκίαν, βάρβα- [illegible]

modata lingua fallax l quàm & barbara mens violentum. Hęc me impudicam fecere; hæc à me pudicitiam pepulere. Res enim patriæ in diſcrimine nutabant, capitibuſque noſtris magnum periculũ creabatur, cùm Edeſſam vrbem, integra natio barbarè inſoleſcens obſidebat; vt eam deiectam, expugnatamque, internecioni traderet, libertateque priuaret. Sed ecce non contemnendæ copiæ nobis auxiliares, vt irruptionem illam comprimerent, adfuere. An tamen omnes illæ periuræ, an barbaræ omnes, libidinibuſque obnoxiæ, per ſeruitutem, in quam condemnor, per libertatem, qua ſpoliata ſum, nulla ipſa noui. Attamen Gotthus, qui

ρος τὴν γνώμην, τὴν γλῶσσαν ἐπίορκος, καὶ τὰ πολλὰ τοῖς ἔρωσι χαριζόμενος, εἶδέ με παρθένον οἰκουρουμένην παρθενικῶς, καὶ ὅλην οὖσαν παρθένον αἰδοῖ, καὶ συνέσει, καὶ τῷ σοβήματι. ὁ δὲ, ἀλλ᾽ εἶδεν, ἀλλ᾽ ἐξετάκη τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ὅλην αὐτὴν καρδίαν ὑπεκκάη τῷ ἔρωτι. Ἐγὼ δὲ ἄρα οὐκ ᾔδειν. ἐπ᾽ αὐτοῦ δὴ τοῦ προσώπου φέρουσα τὰ δεινά. καὶ τῷ κάλλει μέσῳ κατορωρυγμένα τὰ δυστυχήματα. τὰ μὲν οὖν δὴ πρῶτα ἔρωτι συμμάχῳ χρησάμενος, καὶ τὴν γλῶτταν ἔχων ἑλέπολιν κατ᾽ αὐτῆς δὴ τῆς σωφροσύνης κατεστρατεύσε, πολιορκῆσαι θέλων τῆς παρθενίας μου τὴν ἀκρόπολιν, καὶ καταστρατηγῆσαι τῆς σωφροσύνης

qui in meas haud omine felici ædes irruerat; mente barbarus, lingua periurus, pleraq;amoribus concedens, conſpexit me virginem, domi me, vti virgines addecet, continentem, & verecundia, & prudentia, & inceſſu puram putam virginem: ille itaque intuitus, oculos contabuit, totoque, pectore amore exarſit. Ego verò haud noueram, quæ in ipſa facie grauia, aſperaque, pulchritudineque in media defoſſa infortunia deferebã. Primùm igitur opera amoris auxiliari vſus, adaptansque, veluti machinam, linguam; caſtimoniam captabat, illud in animo habens, vt virginitatis meæ arcem obſideret, & pudicitiam

αὐτῆς. Ἐπεὶ δὲ πεῖρα φθάνει μαθών, ὡς οὐχ ἱκανὰ ταῦτα καταςεῖσαι τὰ τῆς σωφροσύνης πυργώματα, μέτεισι τὴν μητέρα, τὴν ἀλωπεκῆν ἐνδυσάμενος, τὴν γλῶσσαν ὅλην πρὸς ἄλλο σχῆμα μεταμειψάμενος· ἐπαινεῖ τὸν γάμον, καὶ τὸν νυμφίον καθυποκρίνεται, καὶ δοῦλος ὅλος γίνεται τῇ μητρί, καὶ γλώσσῃ, καὶ σχήματι, καὶ ζητεῖ μὲν τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον, ἀλλ' ἔννομον, νόμου μεμνημένος, ὁ τὰ πάντα παράνομος. ἐπεὶ δ' οὐκ εἶχε πείθειν μητέρα φιλόπαιδα, τούτου δὴ τοῦ πρὸς γάμον ἑτοίμου θορυβουμένην τὰ μάλιστα, μὴ καὶ προτέραν ἠγάγετο λέγουσαν, ὁ τοῖς ἔρωσιν οὕτω πειθόμενος, καὶ πᾶσιν ἀνέμοις ἐρω-

debellaret. Poſtquam verò experimento didicerat, hæc haud ſatis eſſe, pudicitiæ turrim vt proſternerent; pelle vulpina indutus, totamque linguam in aliam formam immutans, Matrem adit: laudes nuptiarũ proſequitur, ſponſumque ſimulat, captiuumq; planè Matri ſe meę & lingua, & imagine profitetur, poſcitque ad connubia, ſed legitima, filiam, legis memoriam prætendens, omnium exlex, atque iniquiſſimus. Cùm verò teneræ, ac filiæ amanti Matri ſuadere non poſſet, quæ tam facili illius in nuptias propenſione quàm maximè turbabatur, ne & aliam antea duxiſſet, qui amoribus adeò duceretur, flatibuſque omnibus ama-

torijs

τικοῖς ῥιπιζόμενος, μαρτύρεται Θεὸν, μαρτύρεται Δίκην, μαρτύρεται Μάρτυρας αὐτοὺς ἐκείνους, τοὺς ἐν Ἐδέσσῃ παθόντας ἕνεκα Χριστοῦ, καὶ τὸν καλῆς ὁμολογίας ἀναδησαμένους τὸν στέφανον. ἡ δέ γε μήτηρ, τί δ' ἄλλο πάντως ἢ μήτηρ, καὶ κηδομένη τῆς θυγατρός; τοῖς ὅρκοις πιστεύει τοῦ μηδὲν εὐορκήσαντος· πείθεται τοῖς λόγοις τοῦ καὶ Θεὸν αὐτὸν παρ' οὐδὲν τιθεμένου παραλογώτερον, καὶ τῷ παρανομωτάτῳ Γότθῳ νομίμῳ γάμου με παραδίδωσιν. ἕως μὲν οὖν ἡ πατρὶς ἐκυμαίνετο, τὰ περὶ τὴν ἐμὴν οἰκίαν ἦσαν ἀκύμαντα. ἕως τὰ περὶ τὴν Ἔδεσσαν ἐκλονεῖτο, ἀπερικλόνητά μοι τὰ περὶ τὸν ἄνδρα διατετήρηται. ἕως τὸ συμμαχικὸν ἐ-

torijs agitabatur; Deũ ille dat teſtem, Iuſtitiam, Martyreſque eos, qui Edeſſæ propter Chriſtum paſſi fuerant, perpulchramque ſuæ confeſſionis coronam conſecuti ſunt, in teſtimonium aduocat. Mater interim, (quid enim aliud quàm Mater, curamque filię gerens?) fidẽ iurijurando eius, qui nunquam ſanctè iurauerat, præſtat; verbis illius ſuadetur, qui Deum ipſum magis impiè contemnens, è pectore dimouerat ſuo; atq; iniquiſſimo Gottho in matrimonium collocat. Vſque dum itaque Patria fluctuabat, res meæ domeſticæ tranquillæ erant: vſque dum Edeſſa concutiebatur, ſtudia mariti ab omni concitatione vacabant:

πήρει τὴν πόλιν, ἀνόθευτά μοι τὰ τῆς στοργῆς ἐφυλάττετο, καὶ ἦν ὁ Γότθος ἀνὴρ τὰ πάντα φιλόστοργος, καί μοι τὰ πάντα γενόμενος, ὅσα καὶ πρὸς γυναῖκα γένοιτ' ἂν ἀνὴρ ἀγαθός. ἐπεὶ δ' ὁ κλύδων τῆς πόλεως νηνεμίαν ἔχειν, καὶ κατεκοιμήθη τὰ κύματα, κατ' ἐμῆς αὐτῆς ὅλον μετεγείρεται τὸ κλυδώνιον, καὶ ἀγείρεται τῶν δυστυχημάτων ἡ θάλασσα, καὶ κύματα τῶν πειρασμῶν ἀλλεπάλληλα. καὶ τὴν ἐλευθερίας δουλείαν ἀλλάσσομαι, καὶ θεράπαινις ἀνθ' ὁμόζυγε, καὶ ἀντὶ δεσποίνης αἰχμάλωτος γίνομαι. ὢ πικρᾶς ταύτης μεταβολῆς, ἣν καινῶς μεταβέβλημαι. ὢ

vſque dum auxiliares copiæ vrbem tutabātur, amoris pabula ſancta, inuiolataque cuſtodiebantur: & Gotthus mihi coniugio iunctus, in amicitiam mecum ſe ſe inſinuans, in omnibus commodè amore vtebatur, mihi omnia factus, & in id omne, quod in re vxoria concupiſcimus, maximè probus, ac circumſpectus. Cùm verò poſtmodum Vrbs vim tempeſtatis effugit, ſæuique fluctus conſidentes elanguerunt, in memetipſam ſubitò tēpeſtas cooritur, & infortuniorum mare efferatur, & fluctus varij, ac crebi inſaniunt, & libera ſeruitute opprimor, &, pro coniuge, pediſſequa, proque domina, captiua euado. O' amaram viciſſitudinem, qua nunc recens im-

mu-

πικρῶν ἐκείνων γάμων· ὦ συναλλαγμάτων οὐκ εὐτυχῶν· ἔλαθες ὦ μῆτερ ἀντὶ γαμηλίων συμβολαιογραφοῦσα πράτορα. ἔλαθες ἀργυρολογήσασα μὲν τὴν θυγατέρα, ἀνθ' ὧν ἐδόκεις νυμφοστολήσασθαι. ἔλαθες τὸν ὑμέναιον ᾄδουσα, τὸν ἐξιτήριον ἐπᾳδήσασα. οὐκ ἀνὴρ ὁ Γότθος, ἀλλὰ δεσπότης, καὶ σὺν δεσποίνῃ λαμπρῶς ἀνακέκλιται. ἐγὼ δὲ δούλη παρείσαμαι, καὶ θεραπαινίς, ἡ πρὶν ἐλευθέρα, καὶ δέσποινα. ὦ τῆς ἐμῆς δυστυχίας· ὦ τῆς σῆς ἀβουλίας· ὦ τῆς ἐμῆς ταύτης πλάνης περὶ τὸν ἄνδρα. ὦ τῆς σῆς ἐκείνης ἀπάτης, ἣν ἐξηπάτησαι. ὀγκοῦταί μοι τὰ τῆς γαστρός, καὶ συνοικοῦται μοι τὸ τῆς δεσποίνης ζηλότυπον. ἐπανθεῖ μου τῷ προσώπῳ τὸ κάλλος, ἤπου μου

mutor! ò amaras illas nuptias! ò conditiones infortunatas! decepta es Mater, emptorem mihi pro marito paciſcens. cùm velles nuptum dare filiam, imprudẽs eam vendidiſti. cùmque funebria decantares, hymenæum canere opinabaris. Non eſt maritus Gotthus, ſed dominus, & cum Domina ſplẽdidè cubat: ego verò ſerua imperijs ſeruio: & pediſſequa ſum, quæ priùs fueram libera, & domina. ò me infortunatam! ò te imprudentem! ò meum hunc circa maritũ errorem! ò tuam illam, qua deluſa es, captionem! Venter mihi intumeſcit, vnàque Dominæ æmulatio in memet inflatur. floret in fa-

τὸ πᾶν κατεμαράνθη
τοῖς δυστυχήμασι, καὶ
τὸν θυμὸν ἡ δεσπότις
ἐμφαίνει τῷ βλέμματι.
ἐρύθημά τι τῆς παρειᾶς
ὀλίγον ἐναπολέλειπται,
καὶ ὅλη κάμινος φθόνου
περὶ μέσην αὐτὴν ἐκεί-
νης ἐξῆπται ψυχήν. καὶ-
ρὸς ὠδίνων, καὶ τοκετοῦ.
καὶ τίκτει σοι μῆτερ ἡ
παῖς, ὢ πικρᾶς ταύ-
της φωνῆς, κατὰ δούλην
αἰχμάλωτον. καὶ τὸ ζη-
λότυπον ἐγκυμονούμενον
τῇ δεσποίνῃ γεννᾶται
πρὸς ὅλην ἀντιπαρά-
ταξιν, καὶ κατὰ τοῦ παι-
δὸς ὁπλίζεται γενναιότα-
τα, συμμάχῳ τῷ δόλῳ
χρησάμενον. ἡ δεσπότις
ὑποκλέπτει τὴν δούλην,
καὶ θανατοῖ τὸν παῖδα
μηδὲν ἀδικήσαντα. τοῖς
χείλεσι τοῦ βρέφους, ὢ
τῶν ἐμῶν ἐκείνων κενῶν

in facie pulchritudo, ſi modò venuſtas omnis hinc infortunijs extincta non abijt, & rabiem Domina vultu non effundit. rubore,ſed eo modico, genæ ſuffunduntur; & integra inuidentiæ fornax in medio illius corde ſuccenditur.adſunt dolores, & propinqua paritudo appetit, & parit tibi Filia, ò Mater, ò amaram hanc vocem! veluti ſerua, & captiua: tum æmulatio, quæ iam fouebatur in Domina, vnà ſimul ad iniquè oppugnādum egeritur; & quàm robuſtiſſimè fraudis opem in auxilium adſciſcens, in fœtum armatur. Seruam Domina fallens, puerum, nulli iniuriæ obnoxium interimit, labijs infantuli, (ò meos illos fruſtra ſuſceptos

ὠδίνων, ἐγχύσασα δη-
λητήριον. ὦ βρέφος μη-
δὲν ἀδικῆσαν, καὶ θα-
νὸν ἀδικώτατα. ὦ νήπιον
μηδὲν κακουργῆσαν, καὶ
κακουργηθὲν δολιώτατα.
καὶ μέχρι τοῦ σοῦ θανά-
του τέκνον παρανομού-
μεθα. ὦ τῶν ἐμῶν δυστυ-
χῶν τούτων σπλάγχνων,
ἅ σε πρὸς φῶς ἀθλίως
ἐξώεσκαν. ὦ τῶν ἐμῶν
ἐλεεινῶν τούτων χειρῶν,
αἵ σε φέρειν νεκρὸν ἀδι-
κούμενον. ἐκτέτηκα τοῖς
δάκρυσι, καὶ τοῖς ὀδυρ-
μοῖς, τοῖς στεναγμοῖς ἀ-
πεῖπα, καὶ τοῖς ἀλγή-
μασι, καὶ ἐν ῥισὶν ἡ
πνοή μοι ἐστί. δέδοικα
μὴ καὶ αὐτὴν φυσήσω
ψυχήν. μὴ φύγοις Γότ-
θε δίκην αὐτήν. μὴ
παραδράμοις ὀργὴν πα-
ραθεωρουμένου Θεοῦ. αὐ-

labores !) veneno adfuſo. ò puerulum nulli vſpiam iniurium, & quàm iniuſtiſſimè interemptum ! ò infantem, nulli incommoda molitum, & malis perquàm ſubdolè affectum ! ad necem vſque tuam, ò puer, iniquè, & contra ius premimur. ò mea hæc viſcera infelicia, quæ te in lucem miſerè ediderunt! ò meas haſce infortunatas manus, quæ te iniuſtè peremptum ſuſtulerunt ! lacrymis contabui, eiulatibus, ſuſpirijs, ac perturbationibus laſſata ; & in naribus mihi ſpiritus reliquus eſt. vereor ne & ipſam animam efflem. Nuſquam tibi, Gotthe, ab ipſa iuſtitia perfugium pateat; vindicem & vltricem contempti Numinis iram impunè ne euadas. Martyrum

Tem-

τιπαραδοθὲν μοι τῷ σηκῷ τῶν Μαρτύρων, ὅθεν παρέλαβες. εἰ δ' οὖν ἐγὼ θαῤῥήσω τοῖς Μάρτυσι, καὶ τὴν δίκην ἐνδυσαμένη, καὶ θωρακισαμένη τοῖς ὅρκοις, οἷς πολλοῖς ἐκείνοις, τῆς ἀνοχῆς σου Χριστὲ βασιλεῦ, ἡμᾶς ἐξηπάτησας, ἀνδρίζομαι πρὸς τὴν ἄμυναν. ᾧ βέβλημαι βέλει, τούτῳ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνομαι. κἂν χρήσωμαι βοηθῷ τῷ νηπίῳ πρὸ τῆς ὥρας κειμένῳ, οὐχὶ καὶ βέλη νηπίων λογισθήσονταί μοι τὰ μηχανήματα, ὅτι συνεριθοὺς ἔχω τοὺς Μάρτυρας, οἷς βέλη νηπίων ἐλογίσθησαν αἱ πληγαί, ὅσας πολλὰς ἐκείνας ἕνεκα τῆς εὐσεβείας ἐπλήγησαν καθ' ὅλου τοῦ σώματος.

Templo, vnde exce-piſti, me redde. Sin minùs, ipſa ſpem omnem ad Martyres cōferens, & iuſtitia induta, & iureiurando, quo nos tam variè, ac malitioſè, (ò Chriſti regis tolerantiam!) fraudibus circumueniſti, veluti thorace præmunita, ad vltionē viriliter accingar. Qua ego ſagitta petita ſum, eadē aduerſariū vlciſcar. & quamquam in auxilium infantulum aduocabo, ante tempus interemptum: nuſqnam infantulorū ſagittæ machinæ meæ exiſtimabuntur; cùm auxiliantes habeam Martyres, qui ſagittas infantium reputarunt ictus, quibus illi, pietatis ergo, variè, ac multimoda arte corpora vniuerſa diſſoluebantur.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Κηπωρὸς ἐπιμελούμενος κήπου, καὶ μεταφυτευσάμενος, καὶ Κυπάριττον ἐπ᾽ ἐλπίδι καρπῶν, καὶ τῶν ἐλπίδων ἀστοχήσας. ζ΄.

Ὦ Κενῶν ἐκείνων πολλῶν ἐλπίδων, αἷς ἠνδραπόδισμαι. ὦ πόνων πολλῶν ἐκείνων ἀκαίρων, οὓς ἐκπεπόνηκα. Τὸν Ἀλκινόου κῆπον ἐκηπευσάμην αὐτός. καὶ ἦν μοι παρὰ τῷ κήπῳ, καὶ φυτὰ, καὶ δένδρα, καὶ ἄνθεα. καὶ χάριτες ἠρέμα πως ὑπέτρεχον τὰ φυτὰ, καὶ τοῖς ἄνθεσιν ὑπεχόρευον, καὶ ἐπὶ πᾶσι κερδῷος Ἑρμῆς, πόνους ἀμειβόμενος φυτουργοῦ. ἦν ἐκεῖ παρὰ τῷ λειμῶνι Μηλέα πο-

Olitoris verba, qui cùm diligentiùs operam daret hortulo, Cupreſſum, vberem inde fructum expectans, tranſtulit; ſpe, quam inde animo conceperat, fruſtratus. 7.

recondere, & Græcis, cùm præmia diſtribuerentur animi perturbationẽ fateri, quam ſi ille faſſus eſſet, & virginem ſibi popoſciſſet, omnino, qui Virum probè nouerant, dediſſent, laborum memoriam, quos per integrum pugnæ tempus ſuſtinuerat, recolentes, & illius, qui eum oppreſſerat, reueriti cõtinentiam; adeoque tandem delitijs potitus eſſet. Vt verò nũc rem pertractauit, ſpoliatur. Nam iniuſtè agere deprehenſus, & libertate ſemetipſum per ſceleſtiſſimũ facinus exuens nullos, qui ad vſum ſibi eſſe poterant, ſermones conſerere poterat. Eſto. Sed læſit ille quidem pietatem, contumelia verò ad Deam referebatur; hocque nullum latuit Græco-

καθημένους, ἀγανακτεῖν, βοᾷν, εἰς δικαστήριον ἄγειν, ἀπαιτεῖν τιμωρίαν, δεικνύειν ὀργὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις. νῦν δὲ τοιοῦτον μὲν οὐδέν. ἡσυχία δὲ πολλή. μᾶλλον δὲ ἡ Θεὸς μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ. πολλὴ δὲ ἡ πρὸς τὸν πλοῦν ὁρμή. καὶ ὁ μάντις ἐδίδασκεν, ὡς οὔπω καιρός. δεῖν γὰρ καὶ πρότερον θεραπεῦσαι τὴν Θεόν. τί γένοιτο ἂν τῶν Ἑλλήνων ἀνοητότερον; Κάλχαντος ἐδέοντο πρὸς τὸ μαθεῖν, ὡς Θεὸς ὑβριζόμενος ὀργίζεται. καὶ ὡς ὀργὴ Δαιμόνων μεγάλη ζημία; οὐ γὰρ καὶ γυναικὶ, καὶ παιδὶ τοῦτό γε δῆλον; οὐ γὰρ καὶ τοῖς οἰκέταις, καὶ τοῖς δορυφόροις τῶν Ἑλλήνων; οὐ γὰρ καὶ τοῖς ἀναισθήτοις εἴη

corum. Quid igitur aſſidentes debebant agere? conqueri, cõclamare, in ius vocare, pœnas, & tormenta expoſcere, de rebus geſtis ſeſe iratos eſſe oſtendere? Et tamẽ nil ſimile factum eſt, ſed alta quies: immo Dea inſulsè deſpicitur, ingensq; ad nauigãdum impetus; & vates promulgabat, nondum tempus adeſſe: priùs etenim Dea placanda erat. Quid Græcis ipſis imprudentiùs fuerit, quòd à Calchante diſcere auebant, Numen, ſi iniuria afficiatur, iracundia concitari, iraque Dæmonum maxima incommoda gigni? Annon id & mulieri, & puero manifeſtum eſt? annon & ſeruis, & Gręcorum ſatellitibus? annon & attonitis, nul-

loque

δοκοῦσι βαρβάροις. ἀλλ' ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων διὰ σύνεσιν Ἀγαμέμνων, καὶ ὁ ῥήτωρ Ὀδυσσεὺς, καὶ ὁ τῷ πολλῷ χρόνῳ εἰς ἄκρον ἥκων σοφίας ὁ Πύλιος. προσθείην δ' ἂν καὶ τὸν Τυδέως, ὃς ἐν πολλαῖς ἐκκλησίαις ἐπεδέδεικτο τὴν ἑαυτοῦ φρόνησιν. αὐτοῦ πάντες ἐκάθηντο, μένοντες τὴν Κάλχαντος μαντικὴν, ἵνα ἐκεῖνος αὐτοῖς εἴπῃ περὶ τῶν οὐ προδήλων. λοιπὸν οὖν ἦν εἰς ἐκεῖνον βλέποντας, καὶ καθῆσθαι, καὶ βαδίζειν, καὶ λαλεῖν, καὶ σιωπᾶν, καὶ τιμᾶν τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ μισεῖν τοὺς κακούς. τίνες οὖν ἦσαν, ἐπειδήπερ ἐδιδάχθησαν; κατεψηφίσαντο τοῦ Λοκροῦ θάνατον, ὁ δὲ διέφυγε, καὶ ἦν ἐπὶ τῷ βωμῷ.

loque ſenſu præditis barbaris ? Sed qui principatum ob prudentiam tenebat Agamemnon, & orator Vlyſſes, & ætate iã prouecta, ſummam ſibi ſapientiam vindicans Pylius; his adderem & Tydei filiũ, qui in pleriſque congreſſibus, ac conſilijs meliorem mentem oſtenderat; ibi omnes ſedebant, Calchantis vaticinia expectantes, vt ille ſibi de occultis, palam ediceret. reliquũ itaque erat, in eo acquieſcẽtes, & ſedere, & ambulare, & loqui, & tacere: probos itẽ viros honore proſequi, odio improbos: quomodo ergo ipſi poſtquam edocti fuerant, affecti ſunt? Capite Locrum multarunt; ille autem fugam arripit, & aras ample-

ple-

πῶς οὖν εἰς τοσοῦτον εἶπέ μοι διέφυγε κακόν; πῶς οὐ γέγονεν ἐκ μέσου τῆς στρατιᾶς ἁπάσης; πρὸ μὲν γὰρ τῆς ταύτην ἐνεχθῆναι, πάντως αὖ αὐτὴν ἀνέμενεν. ἄδηλον ὂν πότερον γνώσονται. κεκριμένου δὲ τοῦ δεῖν ἀποθανεῖν, εὐθὺς αὖ ἀπέθνησκε λίθοις, οὐ γὰρ ἦν οἶμαι τοῦ Παλαμήδους βελτίων. εἰ μὲν οὖν παιδία τὸ πρᾶγμα ἦν, καὶ αὐτοὶ συνέπραττον αὐτῷ πρὸς σωτηρίαν: οὐκ ἀνδρῶν ἔργον Ἑλλήνων ἐποίουν. εἰ δ' ὄντως ἤθελον δίκην λαβεῖν, ἔλαβον αὖ. καὶ οὐκ ἦν διάδυσις τῷ πεπονηρευμένῳ, εἵλκετο δ' αὖ καὶ ἀπὸ τοῦ βωμοῦ δικαίως. καὶ οὐκ αὖ οὕτω κακῶς ἠτίμησαν τὸν βω-

plectitur. Quanam ratione tantam vitauit noxam? Quomodo è medio exercitu ſublatus non eſt? Antequam enim ſententia in eum lata eſſet, omninò eã expectabat; at, quid ipſi diiudicaturi eſſent, incertus. Vbi eum capite plecti debere iudicatum fuiſſet, lapidibus illico obrutus finem poſuiſſet vitæ; neque enim melior, vt opinor, erat Palamede. Si verò iocus res erat, ipſiq; pro incolumitate illius operam ſuam præſtabant, rem ſanè Græcis hominibus indignam operabantur; qui ſi verè ab eo pœnas ſumere voluiſſent, ſumpſiſſent vtique, nullumque improbitati, ac ſceleri perfugium fuiſſet: nanque & ab ara iuſtiſſimo iudicio abſtraheretur; nec ita aram de-

μὸν. οὐδ᾽ αὖ τὸν Θεὸν, οὗπερ ἦν ὁ βωμός. τουτὶ γὰρ ἦν ἐν τῷ δοκεῖν τιμᾶν τοὺς Θεοὺς, ἀτιμάζειν τοὺς Θεούς. εἴπερ τοὺς εἰς ἐκείνους ἀσεβοῦντας, δι᾽ αὐτοὺς ἐκείνους ἔσωζον. ἀλλ᾽ οἶμαι τοσοῦτόν γε ᾔδεσαν ὡς τὰς καταφυγὰς ταύτας τοῖς πάσχουσι κακῶς, ἀλλ᾽ οὐ τοῖς δικάζουσιν ἐξεῦρον οἱ νόμοι. καὶ οὐκ αὖ τὴν ὀφειλομένην τοῖς χρηστοῖς ἐπικουρίαν, ἐπὶ τὸν πονηρότατον ἁπάντων μετέθηκαν. εἰ γὰρ ἤρκει βωμὸς εἰς παραίτησιν, τί τὸ κωλῦον ἦν ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων εὐθὺς ἐκεῖσε τρέχειν τὸν ἀνδροφόνον, τὸν μοιχὸν, τὸν τυμβωρύχον, τὸν προδότην, τὸν ἱερόσυλον καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς ἀξίους ἀπολωλέναι. καὶ οὕτως αὖ οἵ τε βωμοὶ τοὺς

dedecore affeciſſent, & Deum ipſum, cuius illa erat. Nanque tũ ſub nomine Deos honorandi, Deos inhoneſtaſſent, ſi iniquos, ac contumelioſos in illos, per eoſdem ſeruaſſent. Veruntamẽ exiſtimo, eos optimè calluiſſe, ſimilia perfugia miſeris, afflictisq; non prauis, peruerſisq; à legibus conſtituta: & ſic debitũ bonis auxilium non in omnium iniquiſſimum tranſtuliſſent. Nam ſi Ara ſatis eſt ad veniam, quid impediebat ab ipſis iniurijs rectà ſtatim ad eam accurrere homicidam, adulterũ, ſepulchrorum effoſſorem, proditorem, ſacrilegum; vno verbo, excidio, morteque dignos? & ſic Aræ ſceleratos fouerent,

πονηροὺς ἐπίσκοπου· καὶ παρὰ τῶν Θεῶν ἂν ἦν τοῖς ἀνθρώποις εἰς κακίαν παράκλησις, ἐπαγγελλομένων ἄδειαν διὰ τῶν βωμῶν τοῖς ἀδικοῦσι. ταῦτ' οὖν ἐγνωκότες οἱ τότε, καὶ δι' αὐτό γε μειζόνως ἂν αὐτὸν ἐμίσουν, ὅτι τοὺς αὐτοὺς βωμοὺς οὐδέντι ἠγάπα, τοῖς μὲν ἄλλοις ἀσθενεῖς, αὐτῷ δὲ ἰσχυροὺς ἀξιῶν εἶναι. οἱ δὲ οὕτως ἦσαν εὐήθεις, ὥστ' ἐκεῖνον ἀφέντες, ὥσπερ τῶν Θεῶν ἀντειλημμένων τῆς μιαρᾶς κεφαλῆς, ἐκκλησίαν ποιήσαντες ἐσκόπουν, εἴτ' ἀμυντέον τῆς πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν, εἴτε καὶ μή. τοῦτο δὲ ἴσον ἦν τῷ σκοπεῖν, εἴτ' ἄμεινον ἀπολωλέναι τὸ στρατὸν, εἴτε καὶ μή. καὶ διαφέροντο πρὸς ἀλλήλους οἱ παῖ-

uerent, & à Dijs hominibus eſſet ad improbitatem prouocatio, cùm iniuſtis per aras veniam, atque indulgentiam concederent. Horum, qui tunc viuebant, gnari, ob hæc maiorem in modũ illum execrati eſſent, quòd aras ipſas peſſundaret, alijs quidem deboles, ſibi ipſi perquàm validas eſſe volens: at illi ita erant ignaui, vt eo neglecto ac ſi Dij infami illi capiti ſuppetias ferrent, conuocatis Græcorũ cõpijs conſulebant, An in ea, quæ in Palladem geſta fuerant, animaduertendũ eſſet, nec ne? Hoc porrò ſimile eſt, ac ſi cõſulerent, An melius ſit vniuerſum exercitum internecione deleri, vel non. Et inter ſe Atrei filij, tunc primùm id

δὲς Ἀτρέως, τότε πρῶτον τοῦτο ποιήσαντες. καὶ ὁ πανταχοῦ τὸν Ἀγαμέμνονα τιμῶν, καὶ ὑπερχόμενος, ἔπειτα μετὰ τοὺς μυρίους ἐκείνους μόχθους, οὓς ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τῆς Ἑλένης ἀνεχόμενος οὐκ ἀπεῖπεν, ἐκεῖνος ὕβριζεν ὑπάτων, εἰ τῶν ἐριζόντων ἦν, ἀλλ' οὐ τῶν πειθομένων. καὶ ταῦτα τοῦ μὲν καὶ λέγοντος, καὶ πράττοντος, ἃ κοινῇ συνοίσειν ἔμελλεν. αὐτὸς δὲ τὰ πάντων ἀλυσιτελέστατα. τί δ' ἦν τὸ καὶ τὸν Μενέλαον οὕτω κατάγον, οὐκ ἐφ' ᾧ πάντα ἐπραγματεύετο τοῦτο εἶχε τὴν Ἑλένην; οὐ μόνος τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τῆς Τροίας συνῴκει τῇ γυναικί; σπεύδειν μὲν οὖν ἠπείγετο ἀπὸ Σπάρτης [illegible]

facientes, diſſidebant. Et qui locis in omnibus Agamemnonem venerabatur, fouebatque, hic poſt innumeros illos exantlatos labores, quos pro ſe, atque Helena ſuſtinens, non fuerat defatigatus, is iniurijs petulanter afficiebat, ſi ex diſſidentibus, & non ex obedientibus erat: eoque potiſſimùm, cùm hic & dicto, & facto, quæ omnibus conducebant, conaretur, ipſe autem omnia quàm maximè inutilia. Quid verò erat, quod Menelaū tantopere concitabat? annon, pro quo omnia ipſe moliebatur, Helenam nempe, poſſidebat? Annon ſolus inter Græcos vnà cum vxore cubabat? At ipſe magna concitatione è Sparta in Ilium properabat; id abs re erat.

εἰς Τροίαν. εἰκὸς ἦν τὸν τὴν ἡρπασμένην κομίσασθαι ζητοῦντα, ἔχοντα δὲ καὶ κεκομισμένην, καὶ λελυμένην τῶν δεινῶν, τίν' εἶχε λόγον μικρὸν ὑπὲρ τῶν ἀναγκαίων μὴ βουλεύεσθαι, μένειν. μᾶλλον γὰρ ἦν εἰκὸς τοῦτο παθεῖν τὸν Ἀγαμέμνονα ποθοῦντα τὴν Κλυταιμνήστραν, ἢ τὸν ἀπολαύοντα τῆς ἑαυτοῦ τὸν ἀδελφὸν Ἀγαμέμνονος. οὐ τοίνυν οὐδὲ τὴν Ἀθηνᾶν εὑρίσκω δίκην εἰδυῖαν ὑπὲρ αὐτῆς λαμβάνειν. σκόπει γάρ. ἐπέπεμψε χειμῶνα τῷ Μενελάῳ πλέοντι. διὰ δὲ τούτου πολλὰς μὲν τῶν ἐκείνου νεῶν διέφθειρεν, αὐτὸν δὲ εἰς Αἴγυπτον ἀπώσεν. ὅθεν ὕστερον ἀναχθεὶς εἶδε τὴν οἰκίαν, καὶ πάλιν ἐβασίλευε τῆς Λα-

erat, eum curſum feſtinare, qui raptã recuperare ſatagebat; ſed cùm raptam jam poſſideret, à malis vindicatam, quomodo ſe expurgare poſſet, ſi itionem ſollicitaret, nec, quouſque de neceſſarijs conſulebatur, pedem figeret? id potiùs Agamenoni, Clytæmneſtræ deſiderio ſaucio, quàm Agamemnonis fratri, habenti ſuam, procurandum erat. Nec dum ergo ipſam Palladem comperio ſcientem pœnas pro ſemetipſa à delinquẽtibus ſumere. Et vide ſis: Nauiganti Menelao tempeſtatem indixit, perquã & multas illius naues perfregit, eumq; in Ægyptum conuexit, vnde poſtea redux, & laribus exceptus, rurſus Lacedæmonis impe-

κεδαιμονίας. οὐκοῦν ὁ μὲν ὀφείλων ἀποθανεῖν, σώζεται, οἱ δ' οὐ σφόδρα μετέχοντες τῆς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἁμαρτημάτων, ἀπόλλυνται. καὶ τίς οὕτως ἀνθρώπων ἄτοπος; ὅστις ἐλάττονι μὲν ζημιώσει ζημίᾳ τοῦτον, ᾧ τὰ μέγιστα ἐγκαλεῖ, μεγίστῃ δὲ, ᾧ μηδὲν μέμφεται. τὸ γὰρ δίκαιον ἦν δήπου, τοὺς μὲν ὑπηκόους αὐτοὺς σεσῶσθαι, μόνον δὲ ἐκεῖνον ἀπολωλέναι. τοῦτο δὲ εἰ μὴ βούλεσθαι τὴν Ἀθηνᾶν, ἢ μὴ βουλομένην δύνασθαι, τῆς ἴσης ἀτοπίας. ἀλλ' ἡ μὲν Θεὸς ἐβούλετο τὰ δίκαια, καὶ ὅ,τι ἂν ἐθέλοι πράττει. τοῖς δὲ ταῦτ' εἰρηκόσιν ἐπιτιμᾶν ἄξιον.

rium tenuit. Itaque morti addictus ſeruatur; qui verò, quod Senatus admiſerat, peccati nõ adeò participes erant, exitio plectuntur. Et quis nam hominum amẽs adeò, atque impotens eſt, vt quem pro maximis accuſat, minori plectat ſupplicio, maximo verò, quẽ nullius inſimulat? Id nãque iuſtum prorſus erat, ſeruatis ſubditis, eum tantùm in perniciem agi. Et hoc aut non voluiſſe Mineruam, vel volenti poteſtatem defuiſſe; æquè auribus, animiſque hominum abſurdum eſt. Veruntamẽ Deæ ipſi iuſtum in animo erat; eaque quidquid ſibi proponit, perficit: illis autem, qui hæc garriunt, os obſtruendum eſſe mihi videtur.

ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ.

Ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ τὸν Αἴαντα τὸν Λοκρόν. δʹ.

Οἱ τὸν Αἴαντα τὸν Ὀϊλέως μὴ φάσκοντες, ἃ τετόλμηκε περὶ τὴν Κασσάνδραν τετολμηκέναι, μηδ' ὅσα τούτοις ἠκολούθησε, γεγονέναι, δοκοῦσί μοι τοῦτο πάσχειν, ὅπερ ἐγκαλοῦσιν αὐτοί, ψεύδεσθαί τε, καὶ τοῖς ἀληθῶς πεπραγμένοις μάχεσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ τί καινόν, ἢ κόρην κάλλει διενεγκεῖν, ἢ τοῦτο στρατιώτην ἰδόντα θαυμάζαι, ἢ θαυμάζαντα παθεῖν τι πρὸς τὸ κάλλος, καὶ τοῦ καιροῦ διδόντος ἐξουσίαν, μιγῆναι; νενικηκότες γὰρ, οἶμαι, καὶ τὴν τῶν πολεμίων πόλιν ἑλόντες πό-

CONFIRMATIO.

Veroſimilia eſſe, quæ de Aiace Locro circumferuntur. 4.

QVi Oilei filium Aiacem, quæ temerè audax in Caſſandram patrauit, nō auſum; neque quæcunque his ſubſecuta ſunt, confecta fuiſſe aſſeuerant, id mihi videntur perpeti, cuius alios ipſi inſimulant, mentiri nempe ampliter, & verè geſta oppugnare. An nouum enim eſt, vt inde initium ſumā, vel puellam pulcherrima facie prçditam eſſe, vel militem formā conſpecta eam collaudaſſe, vel admiratum eius venuſtates, vt hominem affectū, & occaſione ferente, ac permittente vſuram corporis accepiſſe? Victoria nanque po-

λιν ἐν τοῖς τῶν ἡττωμένων ἐτρύφων. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἄλλα ἐφαίνετο καλὰ, καὶ ταῦτα ἐκτῶντο. Αἴαντα δὲ τὸ τῆς Κασσάνδρας πρόσωπον πάντων ἔπειθε τῶν ἄλλων ὑπερορᾷν. καὶ ταύτην ἐδίωκεν. εὐχὴ δὲ ἄρα ἦν τοῖς Ἕλλησι πολεμοῦσι τοῖς ἴσοις τοὺς ἐναντίους ἀμύνασθαι, καὶ περὶ τὰς ἐκείνων γυναῖκας δράσαι τοῦτο, ὃ περὶ τὴν Ἑλένην ἐκεῖνοι. τὴν Ἀθηνᾶν δὲ οὐκ αἰσχυνόμενος Αἴας, οὐ καλῶς μὲν, ἐρῶντος δὲ ἔργον ἔπραττεν. τοῦτο δέ ἐστιν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος ἄγεσθαι, καὶ πάντα τολμᾷν ἀναγκάζοντος τοῦ Θεοῦ. Θεὸς τοίνυν ἐνίκα Θεόν. ὁ Ἔρως τὴν Ἀθηνᾶν, μᾶλλον δὲ τὴν πρὸς ἐκείνην αἰδῶ τὰ τούτου βέλη,

titi, & tandem aliquando hoſtium Vrbe ſubacta, deuictorum bonis abutebantur. Alij itaque alia bona eſſe apprehendentes, illa ſibi conquirebant; Aiacem verò Caſsãdræ facies, vt reliqua omnia ſperneret, ſuadebat; hinc eam perſequebatur. Et vnum Græcis bellantibus id votum erat, vt ſimilibus aduerſarios compenſarent, & in eorum vxores id ipſi, quod illi in Helenam, pertentarent. Et ſanè Mineruam Aiax nõ reueritus, malè quidẽ; veruntamen amantis opus peragebat. id autem eſt, ab imperante agi, & Deo impellente audere omnia; Deus ergo vincebat Deum, Cupido Palladem, immo reuerentiam erga eam

ipſius

ὧν οὐδὲν πικρότερον, οὐδὲ δυνατώτερον· τοῦτο ἀσθενῆ πάντα τ' ἄλλα ποιεῖ, πατρὸς λόγους, μητρὸς δεήσεις, φίλων παραινέσεις, νόμων ἀπειλάς. ἐπεὶ καὶ τῶν μοιχευόντων ἕκαστος, οἶδε μὲν ὡς οὔτε λαθεῖν ῥάδιον, ἄλλως δὲ ἀποσφαγήσεται, χωρεῖ δὲ ὅμως ἐπ' ἐκεῖνα, ἐν οἷς οἶδε ταῦτα ὄντα. καὶ τί δεῖ τὸν ἔρωτα λέγειν, καὶ τὴν ἔρωτος δυναστείαν; ἀλλ' ἡ πενία τοὺς ἱεροσύλους ποιεῖ, καὶ νυκτὸς ἐπιθέμενος τις τοῖς ἀγάλμασι, στεφάνους ἀφελόμενος τῶν κεφαλῶν, ἀπῆλθε φέρων, οὐχ ὡς λήσων τοὺς Θεοὺς, οὐδ' ὡς μὴ ληψόμενος τῆς ἐκείνων πεῖραν ὀργῆς, ἀλλ' ὡς οὐκ ἐώσης τῆς παρού- [illegible]

ipſius tela, quibus nihil amarius, aut valentius eſt. Hoc cæteris omnibus imbecillitatem indit, paternis ſermonibus, maternis precibus, amicorũ adhortationibus, legum minis. quandoquidẽ & quicunque adulterat, ſenon ita facilè latere poſſe, ſin minùs & neci ſe tradendum optimè callet; fertur tamen in illa, in quibus hæc ipſe diſcrimina agnoſcit. Quid porrò de Amore, & illius poteſtate ſermonem inſtituimus? penuria ipſa ſacrilegos facit, & noctu quiſpiam ſtatuas inuadens, & ex capitibus coronas ſurripiens, deportans abijt, non vt Deos eluſurus, neque vt eorum iram non ſubiturus, ſed vt præſente inopia, in eorum quid-

στης ἀπορίας, οὐδὲν ἐκείνων λογίζεσθαι. καὶ ὅτι οὐκ ἴσον εἰς ἀνάγκην ἔρωτος τε, καὶ τοῦ σπανίζειν ἀργυρίου, τὶς τῶν ἁπάντων οὐκ οἶδεν; ὁ τοίνυν Αἴας τῷ λογισμῷ μὲν οὐδὲν ἔδρα. πάντα δὲ ἐπιθυμίᾳ· δι᾽ ἣν ἴσως κἀκεῖνο ἔπειθεν ἑαυτὸν· ὡς ἐκλέλοιπεν ἡ Θεὸς ἑαλωκυῖαν τὴν πόλιν· τοῦ Δαίμονος δὲ ἀπούσης· οὐδὲν ἀμείνων εἴη τῶν βεβήλων ὁ νεώς. ἡ δὲ ἔνδον τε ἦν, καὶ τοῖς γινομένοις ἤλγει· καὶ τῶν Ἑλλήνων ἡγεῖτο κοινὸν τὸ ἀσέβημα τῶν οὐδεμίαν ἐπιστροφὴν πεποιημένων. οἱ δὲ ἄρα τοῦτο ἠγνόουν πλὴν τοῦ μάντεως. τοῦτο γὰρ ὁ μάντις τῶν ἄλλων βελτίων, τὸ τὰ τοὺς ἄλλους διαφεύγοντα ἐπίστασθαι. καὶ οὐκ ἂν

piam mentem non permittente reflecti. Et tamen diſcrimen eſſe inter amoris, & argēti inopiæ neceſſitatem, inter mortales omnes quis non nouit? Aiax itaque cogitatione quidem nihil agebat, omnia verò cupiditate; quæ etiam fortè, & illud ſuaſerat, vrbem captam, à Dea deſtitutam, & abſente numine, rebus ipſis profanis templum nihilomelius eſſe. Dea nihilominus intus erat, rebus geſtis indolens. & ſcelus Grecis commune omnibus, qui in ſaniorem mentem rem animaduertētes, nòn redierant, exiſtimabat. Hi verò, vno excepto Vate, id ignorabant. Eo namq; Vates alijs præſtantior eſt, quòd, quæ alios latent, ipſe ſciat. Et ſanè haud

nunc

μὲν φαίην, ὡς οὐκ ἤσθοντο τὰ περὶ τὴν Κασάνδραν. ἡγοῦντο δὲ ἴσως ὥσπερ ἄλλων πολλῶν οὐ λαμβάνουσιν οἱ Θεοὶ δίκην, οὕτως οὐδὲ τούτων τὴν Ἀθηνᾶν ζητήσειν. ἢ καὶ νὴ Δία γε ζητοῦσαν παρὰ μόνου λήψεσθαι τοῦ δεδρακότος. ἀπῆγεν ὡς εἰκὸς αὐτοὺς κἀκεῖνα τῆς περὶ αὐτὰ προνοίας, ἥτε ἀπὸ τοῦ νενικηκέναι χαρὰ, καὶ ἡ περὶ τὴν λείαν σπουδὴ, καὶ τὸ πρὸς τὴν θάλατταν ἤδη βλέπειν, καὶ τὸ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς μὴ δεῖν ἐπαυξάνειν μηδέν. οἱ μὲν οὕτως, ὧν ἥκιστα ἐχρῆν, ἠμέλουν, καὶ τῶν νεῶν ἥπτοντο. ὁ δὲ τὴν τῶν Θεῶν ἄριστα γνώμην εἰδὼς ὁ Κάλχας, ὁ καὶ τὸν λοιμὸν αὐ- [illegible]

nũc affirmarem, quæ cum Caſſandra acta fuerant, Græcos non percepiſſe. Sed fortè exiſtimabant, qua ratione de multis alijs Dij pœnas non ſumunt, eadem Mineruam rebus hiſce animum non applicuiſſe; vel tantùm, per Iouem, à ſcelerato & perdito ſumpturam. Diſtorſit, vt veriſimile eſt, eoſdem ab eiuſcemodi prouidẽtia, pro victoria habita lætitia, & cuncta prædandi ſtudium, & promptus per mare diſceſſus, & præſentibus iam bonis nihil vltra exaggerandum. Et hi quidem hac ratione, quæ penitus non decebat, negligere, & nauibus manus apponere. Qui verò omnium optimè Deorum mentem callebat Calchas, qui & arte peſtilentiam illis priùs extinxerat, ap-

pre-

τοῖς λογικῶς τῇ τέχνῃ, καὶ συνιεὶς, τῆς ὀργῆς, καὶ τὰ γεννησόμενα δεινὰ παρεώρα, καὶ ὅπως τις ἔσται τῶν ἡμαρτημένων ἴασις ἀνεβάλλετο σκοπεῖν. καὶ τίς ἦν ἡ Θεὸς πρὸς αὐτοὺς, ἐφ᾽ οἷς ὕβριστο, παρελθὼν ἔφραζεν. ἐντεῦθεν ἐφέροντο περὶ τοῦ πεπαρῳνηκότος. ὁ δὲ, ἐπὶ τὴν μόνην ἐν τοῖς τοιούτοις καταφυγὴν οἴδε τοὺς βωμούς. οὐκ ἂν ἐκεῖνοι τε ἔπραττον ἃ τῶν τὴν Θεὸν δεδοικότων ἦν. οὕτως τ * τὴν τιμωρίαν. ἀποσπᾶν δὲ ἄνδρα τῶν βωμῶν ἐχόμενον, οὔτε νόμιμον, οὔτε καλὸν, καὶ ταῦτα ὁμόφυλον, καὶ στρατηγὸν, καὶ τῇ τῶν Ἑλλήνων ἀκαιρίᾳ τὸν ὁμώνυμον πολλαχοῦ μεμιμημένον. ὅμως δὲ

prehendens iram, & futuras calamitates deſpectui habebat, & modũ ad euitandas imminẽtes pro ſceleribus noxas, vt perquirerent, conſulebat, & qualis nam Dea offenſa erga ipſos eſſet, in medium veniens euulgabat. Illi ſubinde in flagitioſum cõtentiosè ferebantur: hic, quod eſt ſolum in ſimilibus perfugium, ad aras accurrit. Verùm illi nũquam ea patraſſent, pro quibus Deorum ira timenda eſt, ſicq; eum impunitum dimiſiſſent: aſt Virum aris infixum, ab aris auellere, neque iuſtum, neque honeſtũ eſt, & præcipuè propinquum genere, copiarum ductorem, & Græcis, calamitatibus oppreſſis, equè ac alium cognominem, multoties perop-

οὐκ εἶχε λόγον ταῦτα καὶ μέμφεσθαι, καὶ ποιεῖν, καὶ τὸ τὴν Θεὸν ὀλιγωρεῖσθαι δεινὸν ἡγουμένους, αὐτοὺς τῶν βωμῶν καταλύειν τὴν τιμὴν, καὶ τὰ Αἴαντος κακὰ, δι' αὐτῶν τὸν εἰς τὸν Αἴαντα μιμεῖσθαι. ταυτὶ μὲν ἐκεῖνον ἔσωσεν. ὡς δὲ πάλιν εἰς ἐκκλησίαν ἧκον, οὐ ταυτὰ τοῖς Ἀτρείδαις παρειστήκει φρονεῖν. τοῦτο δὲ οὐδὲν καινὸν, μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς συμβουλεύουσιν ἐφ' ἑκάστου τῶν πραγμάτων ἀρέσκειν, ἀλλὰ τῷ μὲν τοῦτο, τὸ δὲ ἕτερον δοκεῖν. τοῦτο τοίνυν καὶ τότε συνέβη, τὸν μὲν πρεσβύτερον, καὶ τὸν ὅλων ἐπιστατοῦντα, τὸ συνοῖσον ἅπασι τοῖς Ἕλλησι καθορᾶν, τὸν δὲ Μενέλαον ἀμείνω τὰ χείρω νομίζειν. ἀπειληφὼς γὰρ

opportunum. nihilominus hæc non ſuadebant, & quæri, & facere, & Deam ſpernere, dirum eſſe opinantibus, ararum honorem peſſundare, & Aiacis flagitia, per quæ ipſi in Aiacem conati fuerant, æmulari. Hęc autem illum ſeruarũt. Vt verò rurſus in comitia aduocantur, non in eandem ſentẽtiam Atridæ iere. haud etenim nouum eſt, conſulentibus de vnaquaque re non eadem complacere. Sed hic quidem huic, alius alteri plaudit. Hoc tunc quoq; temporis euenit, grandiorem natu ſcilicet, & omnibus imperantem, Græcis omnibus conducibilia conſectari: Menelaum; quæ peiora erant, potiora ducere. Recuperata nanque,

οἶμαι τὴν Ἑλένην, καὶ οὐκέτι ἀξιῶν ὁμοίως εἴκειν Ἀγαμέμνονι, καὶ σπεύδων ἀποδοῦναι τὸν μὲν οἴκῳ τὴν γυναῖκα, τὸν οἶκον δὲ τῇ γυναικί. καὶ τὴν μὲν ἐπὶ πλέον διατριβὴν ἡγούμενος ζημίαν. εὐδαίμων δὲ ἐπιβῆναι τῆς Σπάρτης, δεικνῦντα τοῦ πολέμου τὸ ἆθλον. διὸ δὴ πάντα ταῦτα περὶ τοῦ δεῖν ἀποπλεῖν ἐμάχετο, τῷ ἀδελφῷ συμβουλεύοντι μένειν. κακῶς μὲν φρονῶν. * συμφερόντων προστιθείς· καὶ τοῦτο ἐμάνθανεν ἤδη πολεμῶν, ὁρῶν μὲν τὰς πολλὰς τῶν νεῶν ἀπολλυμένας, ὁρμιζόμενος δὲ εἰς Αἴγυπτον, οὐκ εἰς Λακεδαίμονα, καὶ πενθῶν μὲν τοὺς ἀποπνιγέντας τῶν στρατιωτῶν, ὀδυρόμενος δ' ἑαυτὸν

que, vt arbitror, Helena, nec vltra Agamemnoni ſubdi cupiens, incumbensq; ædibus vxorem, & ædes vxori reſtituere, ac diuturniorem moram damnum ratus, ſeq; fortunatum exiſtimans, ſi conſcenſa Sparta belli triumphũ ageret, hæc omnia pro non procraſtinanda nauigatione conferebat, licet Frater, vt permanerent, ſuaderet; malè quidem ſentiens, & propria commoda publicæ vtilitati præponens. & hoc ex anteacto bello addiſcebat, conſpiciens pleraſq; nauium deſtructas. In Ægyptum verò & non in Lacedæmonem appellẽs, & militum aquis interemptos deplorans, ſeque metipſum in peregrino ſolo commoran-

ἐν τῇ ξένῃ καθήμενος. δίκην ταύτην μεγίστην δίδωσ, ὧν ἕνεκα ἠπείγετο ταῦτα ἡμαρτηκέναι. Θεοὶ δὲ ἀνθρώπους οὐ τοῖς αὐτοῖς κολάζουσιν εἴδεσιν, ἀλλὰ τὸν μὲν εἰς πενίαν ἐνέβαλον, τὸν δὲ παίδων ἀπεστέρησαν, τοῦ δὲ τὸ σῶμα ἐπήρωσαν· καὶ τοῦ μὲν τις ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ ζῶν ἐν πλάνῃ κακοπαθεῖ. ταύτην καὶ Μενέλαος ἔδωκε δίκην, πόρρω μὲν ὢν τῆς οἰκίας, αἰσχυνόμενος δὲ τοὺς ζῶντας ὑπὲρ τῶν οἰχομένων, ἀντὶ δὲ τῆς ἐν Σπάρτῃ βασιλείας, πολλὰ ταπεινότερα τῆς ἀξίας τῆς αὑτοῦ, περὶ θύρας ἀλλοτρίας ἠναγκασμένος περιπατεῖν.

rantem; pœnam hãc peſſimam perſoluit, ob ea, quæ ipſe non cunctando peccauerat. Dij autẽ non eodem pœnarum genere mortales puniunt, ſed huc quidem paupertate onerarunt; alium filijs ſpoliarũt; huic corpus mutilarunt, & hoc quidem diſcrimine quiſpiam mortem obijt; ille viuens adhuc, & extorris, malis afflictatur. Hanc & Menelaus dedit pœnã longè à domo euagans, viuentes pro ijs, qui fato functi fuerãt, erubeſcens, & pro Spartano imperio multa, infraq; dignitatem ſubiens, circa portas alienas oberrare neceſſitate coactus.

ΘΕΣΙΣ.

Εἰ τειχιστέον τὰς Πόλεις. ι.

Ὁ τὴν φυλακὴν τοῦ βίου ζητῶν, αἱρείσθω τὰ τείχη. πᾶν γὰρ ὃ ἐν ταῖς πόλεσι σώζεται, φρουρεῖται τοῖς τείχεσι. τειχίζει μὲν γὰρ οὐρανὸς τοὺς Θεοὺς, τὰ δὲ θνητῶν διατηροῦσι περίβολοι. καὶ ὃ τοῖς Θεοῖς οὐρανὸς, τὰ τείχη θνητοῖς. καὶ ἐγὼ μὲν τοὺς Ποιητὰς ἄγαμαι, τειχιστὰς τοὺς Θεοὺς πεποιηκότας τῆς Τροίας. οὕτως καὶ ὅσοι Θεῶν οὐ δεδύνηνται, τεῖχος κατεσκευάζοντο, καὶ τιμᾶται καὶ παρ' αὐτοῖς οὐκ ἐν χρείᾳ καθεστηκόσιν ἡ τέχνη. σοφώτεροι μὲν γὰρ ἐκ τειχῶν ἄνθρωποι γίνονται, καὶ κατ' ἐξουσίαν ἐκκλησιάζειν τείχη δεδώκασιν.

PROPOSITVM.

An muris ſint Vrbes cingendæ.

Qui vitæ ſuæ inſtitutum tutari cupit, eligat mœnia; quidquid enim in Vrbibus conſeruatur, mœnibus cuſtoditur: munit Deos Cœlum mœnibus, res verò mortalium valla defenſant: & quod Dijs Cœlum, id mortalibus mœnia ſunt. Ipſe quoque Poëtas admiror, qui Troiam mœnibus Deos cinxiſſe fabulantur. & quotquot Deorũ viribus imbecilliores ſunt, murum extruxerũt; habeturq; apud eos, licet ea non indigeāt, ſimilis Ars. Sapientiores etenim murorum ſepto homines euadunt; & liberè & abſque diſcrimine vti comitijs muri dederunt.

ἔπειτα πρὸς μάχης ἐ-
παίρει κατασκευὴν, καὶ
κατασκευὰς τῶν ὅπλων ἐ-
στηκότες περίβολοι νέμου-
σιν. καὶ μὴν τὰ τείχη
σωφροσύνην διατηρεῖ. πα-
θεῖν γὰρ οὐκ ἐῶσι γυναῖ-
κας, ὅσα γυναιξὶν οἱ πο-
λέμιοι φέρουσιν. καὶ δι-
καστηρίων σωζομένων ἐκ
τείχους, ἐντεῦθεν ἄνθρω-
ποι καθεστήκασι δίκαιοι.
εἰ δὲ διὰ τείχους ἐρρω-
μένοι γεγόναμεν, καὶ περὶ
τῶν δεόντων ἐβουλευόμεθα,
καὶ τὰ δίκαια σώζεται τεί-
χεσι. καὶ εἰ διὰ τούτων τὸ
σωφρονεῖν, πῶς οὐκ εἰς
ὅσον οἷόν τε ποιητέον τὰ
τείχη; Ναί φησιν. ἀλλὰ
δειλίας τὰ τείχη καθε-
στήκασι πρόφασις. Δει-
νὸν ὀνομάζεις τὴν πρό-
νοιαν, καὶ τὰ κάλλιστα
τῶν ἔργων αἰσχίστοις πε-

runt. Præterea in apparatum bellicum ſe extollunt, & inſtructiones armorum ſtātes ambitus exhibēt. Porrò pudicitiā præſidio tegunt mœnia; neque enim pati mulieres ſinūt, quæ mulieribus hoſtes apportant. & dum conſeſſus iudicum conſeruatur, homines iuſtitiæ addicuntur. Si verò propter muros viribus conſtipamur, deque neceſſarijs, & quibus opus eſt, conſilia tutò inimus, & quod iuſtum eſt, mœnibus defenſatur, ac pudicitia per ea ſecuro eſt loco; quanam ratione quantùm vires noſtræ extenduntur, muros non extruimus? Ita eſt, ait; ſed ignauiam, ac timiditatem muri conciliant. Prauam enimvero compellas prouidentiam, & pulcherri-

βάλλεις ὀνόμασιν. καὶ δι' ὧν ἐρεῖς, οὐκ ἐᾷς περιβάλλεσθαι, ἀλλὰ καθίστασαι τῆς ἀσφαλείας κατήγορος, ὄκνον ὀνομάζων τὴν φυλακήν. τοὐναντίον ἄνθρωπε θαρρεῖν τὸ τεῖχος, οὐ δεδιέναι παρέχεται. καὶ γὰρ ὅπλων ἀποσοβῆσαι παρασκευήν, καὶ ξίφος ἀπαμύναι ἐχθρῶν, καὶ κατ' ἐξουσίαν ποιεῖσθαι νίκην τοῖς μαχομένοις μόνη τῶν τειχῶν παρέσχεν ἡ τέχνη. πῶς οὖν ἔτι δειλίαν ἐρεῖς τὰ μόνα δειλίαν ἀνῃρηκότα καθάπαξ; τοὐναντίον γὰρ ἔγωγε ἔγνωκα τοῖς πολεμίοις ἐκ τῶν περιβόλων ἐγγίνεσθαι τὸ δέος. καὶ μὴν τί πάθωσιν οἱ ἄνωθεν πολεμοῦντες; μὴ δεδοίκασιν; ὥστε εἰ μὲν τὸ δέος τῶν πολεμίων ἐρεῖς, ἐμο-

ma operum ignominioſis nominibus inuoluis, & ijs, quæ dicturus es, nos circũſepiri non ſinis, ſed ſecuritatẽ redarguis, & accuſas, dum cuſtodiam ſegnitiã nuncupas. Oppoſitũ, mi homo, eſt: audaciam murus, non puſillanimitatem conciliat: nam & armorum apparatum depellere, & enſem aduerſariorum propulſare, & propria poteſtate victoriã conſequi, pugnantibus ſola murorum ars dedit. Quomodo igitur ignauiam vocas ea, quæ ſola ignauiam prorſus diſcutiunt? contrarium enim ipſe expertus cognoſco, ex ſimili murorum ambitu aduerſarijs timorem incuti. Item, quid ex alto pugnam inferentes perpetiuntur? an terrore

λογεῖς καὶ τὸ τεῖχος. εἰ δὲ τῶν πολιτῶν ἀπὸ τῶν ἔργων θήσω τὴν τόλμαν. ἄφες οὖν ταύτης τῆς αἰτίας τὸ τεῖχος. Ναί φησιν. ἀλλὰ δαπανηρὰ τοῖς κεκτημένοις τὰ τείχη. τείχη τὸν ὄντα πόρον ἀνάλωσε, καὶ πόθεν ὁ τῶν ἀνθρώπων τετήρηται πλοῦτος; τὴν περιουσίαν φρουροῦσι περίβολοι. καὶ μετὰ τῶν χρημάτων τηροῦσι τὰ χρήματα. καὶ κοινὴ φυλακὴ περιουσίας εἰσὶ καὶ τῶν πολιτῶν. ὥστε τὰ τείχη τῶν χρημάτων τοῖς κατοικήσασιν οὐ δαπάνην ἐπήγαγεν, ἀλλὰ τὸν ὄντα τετήρηκε πλοῦτον. καὶ διχόθεν εἰσὶ φυλακαὶ δι' αὐτῶν τῶν τειχῶν. τὸν μὲν γὰρ οὐκ ὄντα πλοῦτον συλλέξειν ἑστηκότες περίβολοι νέμουσι. τὸν δὲ γεγενημένον

rore pulſantur? adeò, ſi metum hoſtium eſſaberis, iam & muros fateris; ſi Ciuium, eorum ipſe audaciam ex muris ponam. Ne itaque hac ratione murum incuſes. Ais porrò tu; Sed mœnia poſſidentibus nimio sũptu dãnoſa; quæ rem familiarem atq; ſubſtantiam conſumpſere, exagitas. Et vnde nam hominum opes conſeruantur? valla cuſtodiunt bona, & pecunijs pecunias vnà tutantur, communiſq; facultatum, & ciuiũ cuſtodia ſunt; adeò vt mœnia habitatoribus haud pecuniarum diſpendia attulerint, ſed poſſeſſas copias propugnarint. Quin duplex per mœnia cuſtodia traditur; diuitias enim, quæ non ſunt, colligere ſtantes ambitus dant, & quaſ-

ἐκ τῆς τῶν τειχῶν φυλα-
κῆς ὑπάρχει διατηρεῖν.
ὥστε οὐ τὸ τεῖχος δαπα-
νηρὸν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν ἀ-
φαιρεῖσθαι δαπάνην. φέρε
γὰρ πρὸς Θεῶν, εἰ πολέ-
μιοι τοῖς οἰκοῦσι προσβά-
λοιεν, καὶ πάντα ἄρδην
κατεργάσεται πόλεμος;
τήν τε τῆς πόλεως περιου-
σίαν ὑφαρπάζαι πειρώ-
μενοι, καὶ μηδένα λοι-
πὸν τοῖς κατοικοῦσι πό-
νον καταλιπεῖν. εἰ ταῦ-
τα πράττειν οἱ πολέμιοι
σπεύδοιεν, τί τοῦ μὴ πα-
θεῖν καταστήσεται κώλυ-
μα; ἢ δηλονότι τοῦ μὴ
διαρρεῖσθαι τὸν ἔνδοθεν
πλοῦτον φιλοτιμεῖται τῶν
περιβόλων ἡ τέχνη; πῶς
οὖν οὐκ ἄλογον πολεμίους
μὲν πάντα καταλαβεῖν
ἀπὸ τῶν περιβόλων κω-
λύεσθαι, κατηγορεῖν δὲ τει-
χῶν ὡς δαπάνης αἰτίων;
μετὰ τὰ τείχη, καὶ περιβο-

iam poſſides murorũ ſepto pręmunire: quare murus damnoſus non eſt, ſed ſumptum impendẽdum ſubducit. Age enim per Deos, ſi bellum omnia vaſtauerit, ſi hoſtes in habitatores impetũ fecerint, ciuium facultatibus inhiãtes, quas ſurripere geſtiãt, nullũq; accolis fructũ ex laboribus reliquũ facere conentur: ſi hæc inimici perpetrare cõtendent, quid ad ea non ſubeunda erit impedimento? annon ne bona, quæ intus ſunt, effluant, circumuallãdi ars ſtudioſè procurat? Quomodo ergo non abſurdum eſt, hoſtes ne omnia diripiant, à muris impediri, muros verò tamquam impendioſos redarguere? Poſt muros &

ag-

λοι τοῖς χρωμένοις σωτήριον. καὶ ἡ τύχη τοῖς κτωμένοις ἀσφάλειαν τὴν περὶ τὰ τείχη πεποίηται τέχνην. ὅτιπερ οὐκ * θαῤῥοῦντας τειχίζεσθαι. καὶ τοίνυν * ὑπὸ τειχῶν, διὰ δὲ περιβόλου πολιτεύεται δίκαια, καὶ συνοικίζουσιν οἷς ἂν * μέγα καὶ τειχίσαι πᾶσι τιμητέον τὰ τείχη τιμᾶν εἰδότα καὶ πολιτείαν, καὶ βίον.

aggeres vtentibus ſaluti ſunt: Et fortuna poſſeſſis ſecuritatem, ad exſtruenda mœnia artem exhibuit; etenim ſine murorum ope res effluunt, & audacia cadit. A' muris quidem humanæ vitæ ratio conſeruatur. & circuitu iuſtitia mortales inter colitur: omnibusq; lucro ducendum eſt, quibus conditio dedit, vt Vrbes ſuas mœnibus cingant. In honore itaque muri habendi ſunt, per quos Reipublicæ ſtatus, & humanæ vitæ ratio in honore, ac pretio habentur.

ΘΕΣΙΣ.

Εἰ πλευστέον. ϛ΄.

PROPOSITVM.

Si enauigandum eſt. 6.

ΟΥ'κ οἶδα, εἴτις ἐμπορίαν ἠτίμασεν, ὁ θεῶν εἰδὼς γεγονότα τὸν πλοῦν. προῆλθε μὲν γὰρ τὸ χρῆμα τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ σοφῆς θεοῦ γε-

HAud noui, an quiſpiam mercaturam ſpreuerit, qui à Dijs nauigationem originem calluerit duxiſſe. Opus enim à Pal-

στονὸς πάντως που τῷ βίῳ καταφανὲς πρὸς ὄνησιν. τὸ γὰρ ἐξ ἀγαθῶν, καὶ ταῦτα Θεῶν, τοῖς λαβοῦσιν ὠφέλιμον. ὁρῶσα γὰρ ἡ Θεὰ ἀνόνητα τὰ τῆς γῆς τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνοντα, μὴ παρόντος τοῦ πλεῖν, οὕτως ἐργάζεσθαι δέδωκε θάλατταν, ὡς παρέσχε πονεῖν ἡ φύσις τὴν ἤπειρον, καὶ τὸ μὴ ῥᾷον ὃ πεζοῦν διελθεῖν ἑτοιμότερον παρέσχε πορίζεσθαι. καὶ πρῶτον ἀνθρώπους σοφωτέρους εἶναι παρέσχεν ὁ πλοῦς, οἷς ἄλλην ἐξ ἄλλης καταλαμβάνουσι γῆν. εἶτα ἀνδρείους ἀποτελεῖ, τολμῶντας ῥᾷον τὰ πρὸς τὴν θάλατταν, καὶ τοῖς πνεύμασιν ἀνταγωνίζεσθαι ἀνδ' ὄντας, εἶτα δικαίους ἐπιβάντας

lade ortũ traxit; idq; cata Dea ſatum, omnino, vt manifeſtum eſt, vitæ rationi conducet. Quod enim ex bonis, & Dijs præcipuè prouenit, acceptantibus cõmodum venit. Nanque Dea conſpiciens res terrenas hominibus inutiles fore, ſi nauigatio defuiſſet; ea ratione operari mare conceſſit, qua terram laborare Natura præbuit; & quod prætergradi haud ita facile erat, id conſequi promptiùs elargita eſt. Et primùm quidem homines ſapientiores nauigatio fecit, rebus, quibus ex vna in aliã terrã appellunt. deinde robur, ac fortitudinem ingerit, cùm res marinas audacter pertractent, & cum ventis contentiosè decertent; poſtmodum iuſtos efficit, cùm nauem aſcenderint; pre-

ces

κεὼς. οἷς γὰρ δέονται πρὸς τὸ μήτι παθεῖν τῶν Θεῶν, καὶ παντὸς εἰσὶ δικαιότεροι. καὶ μὴν τὸ σωφρονεῖν ἡ τῆς γῆς ἀλλοτρίωσις δίδωσιν. οἷς γὰρ οὐχ ὁρῶσι, πλησιάζουσι, καὶ σωφροσύνην ἐπιτηδεύουσιν. εἰ δὴ οὖν προῆλθε Θεῶν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν παρέσχεν ἀσκεῖν, εἰς ὅσον οἷόν τε τιμητέον τὸν πλοῦν. Ναί φησιν, ἀλλ' ἐπὶ κακίᾳ τῶν ἀνθρώπων παρεσκεύασται πλοῦς. καὶ τὶ αὖ ἕτερον φυλάξῃ τὸ δίκαιον, εἰ τὸν πλοῦν ἀφαιρήσει; ἄλλην ἐξ ἄλλης καταλαμβάνουσι γῆν, καὶ τὰ παρὰ πᾶσιν ἐκμανθάνοντες νόμιμα, τηροῦσι τὰ δίκαια, καὶ τοσοῦτον αὐτοῖς τοῦ δικαίου περίεστιν, ὥστε παρειθήκην αὐτοὺς εὑρεῖν τοῖς ὅθεν ἀπαίρουσιν. ἃ γὰρ ἐ-

ces enim, ne noxam ſubeant, Dijs effundunt, interque alios iuſtitiam amplectuntur ardentiùs. A' terra quoque aberratio caſtimoniam parit; ad eos enim aduentant, quos non norunt, & pudicitiæ addicũtur. Si itaq; à Dijs ortum recognoſcit ſuum, & virtutem omnẽ exercere conceſſit nauigatio, quantùm fieri poteſt, in honore habenda eſt. Annuit; ſed in humani generis perniciem nauigatio comparatur. Et quodnam aliud iuſtitiam ſeruabit, ſi nauigatio tollatur de medio? Aliam ex alia terram aucupantur, & iura, quę apud omnes ſunt, edocti, iuſtitiam conſeruant, tantaque illis iuſtitia additur, vt & ipſi additamentum faciant ijs,

τέρωθεν ἔμαθον, τοῖς οἰκείοις εἰσήγαγον, καὶ γίνεται νομοθέτης δικαίων ἐξ ἑτέρων νομοθετούμενος. καὶ μὴν δεδοικότες, μή τι πάθωσι πλέοντες, δικαιότεροι γίνονται. καὶ καθιστᾶ τῶν δικαίων φύλαξ ὁ φόβος, εἰ δεδοικότες μένουσι δίκαιοι, καὶ καλοῦντες Θεοὺς εἰσὶν ὁσιώτεροι, καὶ τὰ παρὰ πᾶσιν ἐκμανθάνοντες δίκαια, δικαιοσύνην ἐπιτηδεύουσιν. πῶς αὖτις ᾐτιῶτο τὸν πλοῦν ἐπισφέροντα τοῖς πλέουσιν ἄδικα; Ναί φησιν, ἀλλὰ τὸ πλεῖν ἐστὶ σφαλερώτατον. οὐκοῦν μέγιστον, εἰ παρ' αὐτὸ κινδυνεύουσιν ἄνθρωποι. μεγάλα δὲ μεγάλοις κατορθοῦται τοῖς

à quibus ſoluerint : quæ enim alibi didicerunt, in propria importarunt ; fitque iuſtorum legumlator, qui ab alijs legibus inſtruitur. Item, ne aliquando è tranquillo ad ſcopulum allidantur, reformidantes, iuſtiores euadunt; eosq; timor cuſtodes iuris conſtituit. Si metuētes permanent iuſti; opemq; Deorum aduocantes pij fiunt, & iura, quæ apud omnes ſunt, addiſcentes, iuſtitiam exercent : quanam ratione nauigatio accuſāda eſt, tamquam, quæ iniuſta nauigantibus præbeat? Ita eſt ait; ſed nauigatio infortunijs ſubiacens, maximè omnium eſt periculoſa. Maxima itaque ea eſt, ſi inter nauigandum in diſcrimen homines adducuntur : Ingentia verò ingentibus laboribus perficiuntur ; quæ verò

vten-

πόνοις. ἃ δὲ πονεῖν οὐκ ἐᾷ τοὺς χρωμένους, οὐκ ὤκνησαν. ὁρᾷς τὰς μάχας εἰς οἷον πόνον τοῖς χρωμένοις ἐκβαίνουσιν. ἀλλ' εἰ καὶ τὸ πολεμεῖν ἐπικίνδυνον, τὸ κατορθοῦν ἐνδοξότερον, καὶ οὐ τὰς μάχας ἀποδιδράσκουσιν ἄνθρωποι τοὺς κινδύνους σκοποῦντες, ἀλλ' αὐτοὺς ἑκουσίως ὑφίστανται, τὸ νικᾷν λογιζόμενοι. καὶ ἀφαιροῦνται τῶν κινδύνων τὴν αἴσθησιν, αἱ τῆς νίκης λαμπρότητες. ὅθεν μετὰ τὸ πλεῖν καὶ τὸ κτῆμα Θεῶν προελθὲν ὅλοις ὄνησις γίνεται πλέουσι. τετίμηνται μὲν γὰρ οἱ πορίσαντες, ἠσπάσαντο δὲ οἱ καθάπαξ ἀσκήσαντες, καὶ τὴν εἰς ἀνθρώπους κομιεῖ πᾶσιν ὄνησιν, Θεοῖς μὲν τὴν

vtentibus labori non ſunt, neque emolumento fuerint. An nō vides in quoſnam labores prælia bellatores inducant? Veruntamen licet pugnans in maximum ſalutis, ac vitæ diſcrimen incurrat, tamen probè pugnæ finem imponere glorioſiùs reputatur; & pugnas non vitant mortales reſpicientes pericula, ſed ea libentes ſubeũt, victoriam animo verſantes; ac diſcriminum ſenſum retundit victoriæ ſplēdor. Hinc nauigatio, res à Dijs conceſſa, omnibus illi addictis vtilis eſt: etenim qui artem dederunt, honore affecti, & qui ſemel exercuerunt, eam ipſam exoſculati ſunt: qua & vtilitates maximæ ab omnibus capientur; idque Dijs cultum, hominibus ve-

τιμὴν, ἀνθρώποις δὲ πόρον οὐ μέγιστον.

ΚΑΤΗΓΟΡΙΑ
Νόμου τοῦ κελεύοντος, τὰς τῶν ἀδελφῶν γαμετὰς γαμεῖν. ζ΄.

Ἔφθασε μὲν ἡ φύσις τὸν νόμον, καὶ τοὺς ἅμα γεγονότας εἰς ὑμέναιον οὐκ ἐᾷ συνελθεῖν. βεβαιοῖ δὲ ὅμως τὴν φύσιν ὁ νόμος· καὶ δι᾽ ἑκατέρων ἄμφω περιῆλθε. φύσις μὲν νόμῳ καταβάλλουσα γένεσιν, νόμος δὲ βεβαιῶν, ἃ τῇ φύσει δοκεῖ. δεῖ δ᾽ ἐπὶ τῷ νόμῳ βραχέα φιλοσοφῆσαι. τῶν ὄντων ὄντως ἅπαντα γένη, φύσει μὲν ὁμοίως ἀπὸ γάμου περιῆλθε, γάμῳ δὲ ὅμως οὐχ ὁμοίῳ συνάπτεται. ὁ μὲν γὰρ θηριώδης, καὶ ἀλόγιστος βίος

rò facultates ingentes abundè gignet.

EXPOSTVLATIO
In Legem, iubentem, fratrum vxores in matrimonium ducere. 7.

PRæuenit Natura Legem, quæ vnà prognatos coniugio copulari prohibet; nihilominus Naturam Lex ſtabilit, & per vtraque ambo hæc proceſſere; Natura Legi generationem ſubijciens, & Lex ipſa comprobans, quæ Naturę complacent. Sed nonnulla, breuiter tamen, de Lege illa philoſophandum eſt. Rerum ſanè genus omne, naturaæquè, per coniugium naſcitur, coniugio tamen non vno copulatur. Efferata enim, & ſine ratione vitæ ratio,

ἀφῃρημένος φύσει τὸ κρίνειν, πάντα μὲν γάμοις συγχεῖ, πάντα δὲ ἀλλήλοις πλησιάζειν ἐᾷ, οἷς καὶ συνάπτεται μὲν παῖς, ἧς προελήλυθε, γίνεται δὲ πατὴρ, ᾧ συνῆλθε μιγνύμενος, καὶ μαθεῖν οὐκ ἐᾷ παρὰ τῆς ὁμιλίας, ὃ γέγονεν ἕκαστον. ἄδηλον δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ παῖς, καὶ πατὴρ ὅσοις γάμους δοκεῖ, οὐ μὴν τοῦ λόγου μετειληφότες, τοῖς δὲ γάμοις παραπλήσιοι, ἀλλ' ὥρισται παῖς, καὶ διέστη πατὴρ, καὶ κατακέκειται μήτηρ· καὶ τὸ παραχθὲν οὐκ οἶδε τῷ κεκομικότι συνάπτεσθαι, καὶ τὴν συγγένειαν, ἧς διέστη, τετίμηκεν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα συγγένεια ποιεῖ συναπ-

tio, natura ipſa iudicio ſpoliata, omnia quidem coniugijs cōfundit, omnibuſque ſimul adiungi facultatem dat; qua & filius ab ea ſibi ducenda vxore, ex qua ortum cognoſcit ſuum, non abhorret; fitque pater, illi, cum qua ſatus eſt, ſeſe admiſcens, nec propter confuſos cōcubitus, quale vnumquodque ſit, dignoſci conceditur: ita apud illos, qui connubijs plaudunt, ratione tamen non dijudicant, neque pater certus eſt, neque filius: In alijs autem nuptijs licet ſimiles ſint, filius tamē præſcribitur, & ſeparatur pater, & diſcernitur mater, & in lucem productum cum productore copulari non nouit, & conſanguinitatem, à qua diſtat, veneratur. Tum reliqua quidem conſanguinitas coniungit

con-

τέμνεται; τὰ δὲ συγγενῆ συγγένειαν βεβαιοῖ διιστάμενα, ἃ καλῶς εἰδὼς ὁ τὸν παρόντα νόμον εἰσενεγκὼν, ἀδελφοὺς οὐκ ἐᾷ ταῖς τῶν ἀδελφῶν συναρθῆναι συνοίκοις. Ναί φησιν. ἀλλ' ἐπικουρίας δεῖ χηρευούσαις ταῖς γυναιξὶν. ἀδικεῖς ἄνθρωπε τὴν συμμαχίαν ἡδοναῖς ὁριζόμενος. ὥσπερ οὐκ ἐνὸν συμμαχεῖν, εἰ μὴ γάμους παρέχων, ἐξ ὑμεναίων ἐπιφέρεις τὴν χάριν ἀμείνω. ἔσο τὴν συγγένειαν εὐνοίᾳ μᾶλλον, ἢ τῷ γάμῳ τιμῶν, τὸ μὲν γὰρ εὔνουν πρὸς χάριν δοκεῖς πεπραχέναι τοῦ γένους, τὸ δὲ γάμῳ συμμαχεῖν συναπτόμενος, αὐτῆς ἐστι παρασκευάζει τῆς ἡδονῆς. τί δὲ χηρείαν ἐρεῖς γυναικὸς, ἔνθα τοῦ συνόν-

cõſanguineorum verò diſiunctio conſanguinitatẽ confirmat. Quæ cùm optimè calleret, qui legem hanc præſcripſit, germanis fratribus prohibet, ne cum fratrũ vxoribus adiungantur. Ita eſt ais; ſed viduatis mulieribus auxilium ferre opus eſt. Iniuſtè agis, mi homo, qui ſuppetias voluptatibus definis; quaſi opẽ ferre non poſſis, ni parentur nuptiæ; ex hymenæis gratiam vtiliùs metiris: ſatiùs cõſanguinitatem beneuolẽtia, quàm coniunctionibus honora; beneuolentiam enim generis gratia impendiſſe videris; & dum concubitu nuptijs operam locas, voluptati te obnoxium incuſas. Quid porrò viduitatem mulieris vocas, vbi mariti frater

τος ἀδελφὸς καταλείπεται; μενέτω πατὴρ τοῖς παρ᾽ ἐκείνου γεγονόσι παισὶ, καὶ μὴ συγχωρείτω τῆς χηρείας αἰσθάνεσθαι. τῶν παρ᾽ αὐτοῦ συμμάχων ἄδηλον ποιείτω τῆς τύχης ἡ χάρις, καὶ τὴν συμφορὰν ἐπικουφιζέτω, τῇ χηρείᾳ ἐπικουρῶν, καὶ μὴ ποιείτω, γυναῖκα μὲν δοκεῖν ἀποβλέπειν εἰς ἡδονὰς, αὑτὸν δὲ γάμου συγγενείας ἀλλότριον. ἐπειδὴ συνάπτεται διὰ τὸ γένος. Ναί φησιν, ἀλλὰ γυναιξὶν ἡδοναὶ πρόχειροι. κρείττους δὲ τῶν οὐ προσηκόντων οἱ συγγενεῖς, ἀμείνους εἰς παράπαν οἱ συγγενεῖς, καὶ τὸ κατ᾽ αὐτῶν κομιζόμενον ἐκ τοῦ προσήκοντος γίνεται δέος. οὔπω τεθέαμαι τὸ μᾶλλον παρανομεῖν ἐπαινούμενον. τί δὲ τῶν γυναι-

ter reliquus eſt.ex illo prognatis puerulis pater is permaneat, nec permittat eos viduitatis incommoda perſentiſcere;& commodatis auxilijs fortunæ calamitates obſcuret, gratiaque exhibita infortunium ſubleuet, auxiliatus viduitati: nec procuret, vt mulier in voluptates prolabatur, ſe verò à conſanguinitatis nuptijs alienũ oſtendat, cùm genere mulieri iam coniungatur. Ita eſt, ais; ſed mulieres pronæ ſunt ad voluptates; & qui ſanguine coniunguntur, exteris meliores sũt.potiores ſunt ad omnia propinqui; & quidquid defertur ex affini genere, commodiùs exoritur. Nondum vidi magis iniquam improbitatem extolli laudibus: Quid mulie-

κῶν κατηγορεῖς ἡδονὰς, καὶ ταύτας βεβαιοῖς συναπτόμενος; αἱ γυναῖκες νοσήσασαι πράττουσιν, οἱ περιέχοντες εἴργουσι, καὶ κωλύται γίνονται τῆς ἐκείνων ἀκρασίας, οὐ σύμμαχοι. καὶ ἔμοιγε δοκεῖ οὐδὲν ἐπιμελαίνεσθαι τῶν ἐν τῇ χηρείᾳ κακῶν. τί γὰρ δεῖ τότε χηρείαν μὲν ἐλᾶν προσποιῆσαι, καὶ παίδων ὀρφανίαν οἰκτείρειν. εἶτα τὰς συμφορὰς ἐπὶ τοῦ πλησιάζειν αὐταῖς συναπτόμενος; ὁ χηρείαν εἰσάπαξ μὴ συγχωρῶν, δεύτερον ἐργάζεται, καὶ παῖδας ὀρφανοὺς ὀδυρόμενος, ἑτέρους ὀρφανοὺς πραγματεύεται. ὅσῳ γὰρ γάμον ἐργάζεται δεύτερον, δευτέρας συμφορὰς

lieribus exprobras voluptates, eaſque potiſſimùm, temetipsũ coniungens, confirmas? Mulieres morbo laborantes perperam agunt; vetant parentes, & illarum licentiam coërcent, ac prohibent, non laxant, & ope propagant: &, vt mihi videtur, nullum ex ijs incommodis, quæ in viduitate mulieres turbant, ipſæ persẽtiunt. Quid enim tunc viduitatem depellere ſimulas, parenteque orbatos filios cõmiſereri, cùm poſtmodum eas tibi coniungens, calamitates intendas. Qui omninò viduitatem prohibes, ſecundam machinaris, & de filijs orbatis indolens, alios orbatos procuras, quò nanque magis nuptiarum numerum auges, eò & calamitatum infortunia abundantiùs extendis, facisque nuptias, quæ infor-

ἀπεργάζεται. καὶ ποιεῖ γάμον οὐ δυστυχήματος κώλυμα, τῶν ὄντα δυστυχημάτων μᾶλλον ἐπίδοσιν. μέγα τοῖς ἀνθρώποις τὸ γένος, καὶ συγγένεια συνάπτειν οἶδε τὰ διεστάμενα. πατέρες μὲν γὰρ ἐκ τοῦ γάμου καθίστανται, προσέρχονται δὲ δι' ὑμεναίων ἀδελφοὶ, πρὸς ἀλλήλους προσήκοντες, καὶ συζυγίᾳ μιᾷ ὁ πολὺς περιέρχεται τῶν σωμάτων κατάλογος. καὶ συμμαχεῖν μὲν ἀλλήλοις, ἐάν που δέῃ, προαιροῦνται, προσανακόπτουσι δὲ τὰς τῶν ἐπιόντων ἐπιβουλὰς, καὶ συγγένεια γίνεται πλείστη ἡ τῆς ἐπικουρίας συντέλεια καλὴ, ὁριζόμενοι βεβαίως τὰ παρὰ νόμον τῆς φύσεως οὐ παραβαίνοντα νόμιμα.

fortunium nō impediunt, ſed planè ac magis aliorum infortuniorum incommoda producunt: Magnum eſt inter homines genus; & cognatio diſtantia conglutinat: nuptiarum enim gratia patres fiunt, & per hymenæos fratres adueniunt, ſanguine inter ſe coniunctiſſimi, atque vno connubio abundans hominum catalogus exoritur, qui mutuam ſibi operā, ſi quādo opus eſt, pręſtāt, & ingruentium inſidias propulſant: quò conſanguinitas, auxiliorum perfecta collatione fit auctior: dum firmiter iura præſcribuntur ab hominibus; à lege ipſa Naturæ minime diſcordantia.

Καρκῖνοι.

Σοφὸς ἔγωγε ἤδη ὢν ἄνω, χαρᾷ τῇ ἄνω, γηγῶ τὰ κάτω λέγων, ἄνω ταραχῶν ἂν ᾧ, ἤδη ἔγωγε σοφός.
Ὢ σὸν ἄναρχε νόμον ἔχρανα νόσῳ.
Σοὶ τῷ φωτὶ σοφὸς ἴτω Φώτιος.
Νῷ ἔλαττα μὴ ὄντα σοφὸς ἄτη νοήματα Λέων.
Νοσῶ σὺ ὃς ἡ ἴαμα Ἰησοῦ σῶσον.
Νίψον ἀνομήματα μὴ μόναν ὄψιν.
Ἱερὰ σὰ παρὰ χείλη Ἥλιε χαρὰ πᾶσα ῥεῖ.
Νόμον ὁ κοινὸς ἔχε σὸν οἰκονόμον.
Ἴτε τάφῳ, σὺ δ' ἔδυς ὦ φατὲ τὶ .
Ἀμῶς ἴασαι νόσον, ἴασαι σῶμα.
Σάρκας ἃς εἷλες ἄναξ ἔσω ὡς ἔξανας ἐλιέσας ἄκρας.
Σὸς εἰμὶ τίμιε σός.
Ἀβὰ φάγε μέγα φάβα.
Ὢ γένος ἐμὸν, ἐν ᾧ μέσον ἐγώ.
Ἀναβάσατε τὰ σάβανα,
Νοσῶ σῶτερ ὑπὸ πυρετοῦ σῶσον.
Ἐρεῖς ὁ ἐν Σάμῳ Θωμᾶς νέος ἱερέ.
Ἄναξ ἐτάκη ἄττα ἣ κατέξακα.
Νομικῶς ἀββᾶς ἐξέλεξε Σάββας ὤκιμον.
Εἰπὲ, σὸν αἷμα Δαμιανὸς ἔπιε.
Σοφά τε καὶ μὴ, γῆ μία καὶ τάφος.
Εἶπεν ἄφρον, ὀρφανὲ πίε.
Εἰς ὅλα καλὸς εἶ, καλὸς εἶ.
Ὢ πόρτης πρέδδυε δέρπειν τρόπῳ.
Νοτὶς ἔβαλε σοφὸς, ἔλαβε σῖτον.
Ἕλε ἐμὲ σοφὲ, νέφος ἐμὲ ἕλε.

Νικολάου Μητροπολίτου Κερκύρας.

ἘΝ σοί με σώζει, χαραχθεὶς ὁ Δεσπότης
Τῷ παγκακέδρῳ, καὶ κυπαρισσοξύλῳ.

Ἰωάννου τοῦ Γεωμέτρου.

Τὸν Σταυρὸν ὑψοῖς, ᾧ συνυψώθης ἄνω,
Καὶ τοῦτον αἴρεις, ᾧ συνήρθης εἰς πόλον,
Καὶ ταῦτα τῷ γράφοντι τῶν κακῶν δίδου
Ἀποτρόπαιον τὸ τρόπαιον Κυρίου.

Εἰς Ἐγκόλπιον τοῦ Σταυροῦ.

Ἐμμανουήλου τοῦ Φιλῆ.

Ἐν αἰχμαλωσίᾳ σε τὸν φύλακά μου,
Ῥύστην πάλιν εὕροιμι, καὶ φρουρὸν μέγαν.
Χριστὸς γὰρ αὐτὸς χεῖρας ἐν σοὶ τανύσας
Τὴν τῶν ψυχῶν ἔλυσεν αἰχμαλωσίαν.

Εἰς τὸν ἅγιον
ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΝ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΝ.

Ἐμμανουήλου τοῦ Φιλῆ.

ΝΥν μὲν σιωπᾷς ὑπὸ τῆς ἀσιτίας,
Ἀεὶ δὲ λαλεῖς ἀπὸ τῶν βίβλων Μάκαρ.
Ἡ γὰρ χάρις πόρρωθεν ἐσόμωσέ σε,
Κώδωνα χαλκεύσασα λαμπρὸν τῇ κτίσει.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἡ σὴ κεφαλὴ ζῶσα μὲν τέως Μάκαρ,
Πηγὰς λογικὰς τοῖς βροτοῖς ἀνεστόμει.
Νυνὶ δὲ πιστοῖς ἐξ ἀνίκμων ὀστέων
Τερασίων θάλασσαν ἡδίστην χέει.

Νι-

Νικολάου Μητροπολίτου Κερκύρας.

Χείλη καθαρὰ, γλῶσσα λαμπρὰ, νοῦς μέγας,
Ψυχὴ δοχεῖον τῆς ἁγίας Τριάδος,
Καὶ δογμάτων θάλασσα, καὶ διδαγμάτων,
Πλατὺς δὲ λιμὴν τῆς μετανοίας πάνυ.

Εἰς τὴν αὐτοῦ καθαίρεσιν,
τοῦ Ψελλοῦ.

Τὸν Ἥλιον χραίνουσι πλασμάτων σπίλοις;
Οὐδ', ἀλλὰ φαιδρὸς, πᾶσαν αὐγάζει χθόνα.
Οὐ γὰρ ἀφανίζουσι Φωσφόρον νέφη.
Στίλβει γε χρυσὸς, κἂν γε χαλκὸς ἐκρίθη.
Καὶ Χριστὸς αὐτὸς δαιμονᾶν, φεῦ, ἐκρίθη,
Φάγος τε, καὶ φίλοινος, ἢ πορνῶν φίλος,
Ἀντίθεος τὸ μεῖζον, ἄνομος, πλάνος.
Κατεκρίθη Σταυρόν τε, καὶ χολὴν πόσιν·
Καὶ καινὸν οὐδὲν, εἰ Θεοῦ θεῖος Θύτης
Ὅμοια πάσχει, καὶ καθαιρεῖται θρόνου.

86 D 6 VA1 1512038

XXIV+
A
16